

<‘Description of 36 animals found during Capt. Cook’s 2nd voyage round the earth 1772-75’>

[fol. 1r]

<Joh. Reinh. Forster>

Nova Genera			
Mammalia		<Pecora>	“ 1
		1. Bos Connochætes.	
		2. <u>Antelopes Tragulus.</u>	
		3. “ Dama.	
		4. “ Leucopus.	
		5. “ Tragocamelus.	
		6. “ Strepsiceros.	
		7. “ Cervicapra.	
		8. “ oryx.	
		9. “ Bubalis.	
		10. “ Gazella.	
		11. “ Oreotragus.	
		12. “ minuta.	
		13. “ Grimmia.	
		14. “ Leucoptida.	
		15. “ Dorcas.	
		16. “ Tatarica	
		17. “ Rupicapra.	
		18. “ Glauca.	
		19. “ bezoartica.	
Mammalia	Glines	20. <u>Yerbua</u> capensis.	“ 2
		21. <u>Fosstor</u> capensis	“ 3
		22. “ leucops	
Aves	Acciptres	23. Falco serpentarius.	
	Picæ	24. <u>Calldas</u> cinerea.	“ 4
		25. Certhia cincinnata.	
	Gralla	26. <u>Chiones</u> lactrea	“ 5

[fol. 1v]

Aves	Anseres	27. Anas pteneres.	
		28. Perna serrata.	
		29. <u>Aptenodytes</u> hypernotia.	“ 6
Amphibia	nantes	30. Raja edentulata.	
Pisces	jugulanes	31. Blennius fenestratus.	
	Thoranes	32. <u>Harpurus</u> nigricans	“ 7
		33. “ litoratus.	
		34. Perca polyzonias.	
		35. Atherina Menidia.	
		36. Mugil Arrhostomus	

[fol. 2r]

### Bos Connocætes

Bos cornibus divaricatis antrorum descendantibus, sursumque versis: Cervice  
gulaque a mento ad Pectus pilosis, cauda pinnata.

Animal simile Paphago Ælianii Kolbe. 2. p. 129 (vers. Anglit.).

Nemo quod sciam hujus bovis unquam mentionem fecit: neque id est animal uti  
suspiciabatur Kolbius simile Paphago Ælianii lib. 16 nam id equo multo majus fuisse  
ajunt, hoc vix magnitudine Cervi Damæ vel Equi Asini – illud caudam habebat  
insignem ob quam imprimis a venatoribus appetebatur – hoc nostrum animal cauda  
vix ultra genua elongatam habet: & ut quod sentio, verbo eloquar, Paphagus forsitan  
est Vacca Tibetana Cauda prælonga insignis a Bove grunniente diversa – sed e  
diverticulo in viam redeundum. Kolbius refert quædam de Pictura animalis in  
interiore Africa visi, quod ipse aliquantum simile Paphago vult: verum de hoc animali  
nil refert præter quam quod sit jubatum ut equus & corpore referat in omnibus  
bovem. Hæc quidem aliquatenus in nostrum bovem convenient, sunt tamen nimis  
manca & imperfecta, ut quisquam suspicatus fuerit revera tale animal in Africa  
obvium esse: neque quisquam his inductus unquam inquisivit, num tale animal ibi  
reperiatur, nec ne; plurimi enim pro fabula id habuere – donec ante 5 circiter annos,  
tale animal caperetur & ad Prom. b. spei adduceretur: idque paulo post nave in  
Belgium missum, in Itinereo mortuum: id ipsum a Geneross. Jos. Banks, visum: dein  
mas & Fæmina adducti: quos Belgæ homo interiora Africa 38 dierum itinere a Prom.  
b. Spea remota inhabitans, parvulos cepit & integro biennio & quod excurrit educavit.  
Mas iterum in Belgium amandatus, in itinere periit. fæmina triennis quum ad Prom. b.  
Spei venisset, adhuc ibidem vivebat. Ex hoc Animali Descriptio facta & eam quoque  
filius delineavit: Verum & tabulam marem delineantem a Pictore Germano factam  
transcripsit. Mise satis animal erat, quod vidimus, in stabulo vivebat. Pane & brassicæ  
foliis alebatur: habitus magnitudo & partim mores ferme asini, fimus similis bovino &  
bovis instar quoque ruminabat: impatiens manubus contrectari vel demulceri. Mas  
dicebatur aliquanto major fuisse fæmina.

Corpus magnitudine Cervi Damæ, vell Asini potius, in trienni specimine.

Caput fronte planisculum, lateribus compressum, subtus extrorsum [fol. 3r] arcuatum,  
Nasus quadratus, Nares lunætæ, una cum Ore vibrissis setaceis: divergentibus arcuatis,

albis consitæ. Labiæ & Maxillæ subæquales. Dentes incisores, in maxilla superiore, nulli, in inferiore. VIII obcuneato-truncati. Oculi laterules, superi, ampli, furvi, truces: Palpebræ ciliis, fusco-nigris. Vibrissæ hinc inde supra infraque oculos setaceæ, divaricatæ, arcuatæ, albæ. Aures divergentes, patulæ, fuscæ (bovinæ). Cornua teretia, conica, divaricata antrorum descendentia, dein medio arcuata sursumque versa; apice subulata, nigra – Collum anceps, compressum, cervice recta. Jugulum paleari nullo; Abdomen doliatum, Humeri modice elevati. Dorsum rectum. Homoplatæ musculosæ, Pedes graciles <dicheli>. Femora macra, [dicheli]. Ungulæ acutæ, rotundatae, lateribus, atræ; spuriæ parvæ. Regio lumbaris Dorsi Carina elevata versus caudam depressa. Cauda basi compressa, cuneata, pinnata.

Corpus undique pilis brevibus appressis, fuscis s. cervinis vestitum.

Frons ab oculis in Nasum pene tecta pilis, setosis, longis, atris erectis.

Inter cornua, pili longi divergentes, fusci, in latera versus cornua appresi.

Cervix a Cornibus ad humeros jubata, pilis, setosis, erectis, densis, pallide fuscis.

A Mento in Jugulum barba e pilis, setosis: fuscis, ad Gulam longioribus.

A Gula ad initium sterni pili setosis, elongati fusci: in Medi[¶]o amplius elongati in barbam acutam, ad genua fere dependentem.

In sterno inter Pedes, pili setosi, elongati, atro-fusci.

Umbilicus obsi[¶]tus pilis[¶] setosis, elongatis, atro-fuscis.

Cauda pinnata setosa; pilis elongatis, setosis, pallide fuscis, ultra genua dependentibus.

### Mensuræ

Caput ab Apice Nasi ad basin	15½	Cornua longa	18
Corpus ab Auribus ad basin Caudæ	50	“ a basi ad Curvaturam descendendo	69
Cauda cum pilis	50	“ a Curvatura ad Apicem sursum	9
Aures	5½	Altitudo Corporis ad humeros summos	40½
Armi	10	“ supra Lumbos	39
Cubitus	8	Femur	13
Tarsus	3	Tibia	10
Ungulæ	2	Tarsus	3
		Ungulæ	2

Sunt præter hos Boves connochætes: alii Boves feri et feroscissimi. Quantum ex Ore narrantium testium oculatorum & cornubus in Bibliotheca publica Promontorii bonæ

spei colligere potui, proxime accedentes ad Boves Bisontes Americanos. Cornua optimes a Buffonis IX Vol. delineata. Hos Belgæ vocant feros Bubalos (wilde Buffeloxen) Occupant regiones interiores, parumque frequentatas. Primum ex improviso in Equos vel homines Cornibus iruunt, unoque ingenti ictu in Terram arietant, & non raro [fol. 4r] enecant. Si vita eis post haæc superest, eos pedibus conculcant & perforant et sic conficiunt. quum Doctiss: Thunberg cum Hortulano Auge peragrarent interiora Africæ circa Prom. b. Spei, et Thunbergius ex equo desiliisset ac pedibus iter in inter fruticeta & arbores faceret, hinc inde Plantulas colligens, subito Bos ferus in Equum Thunbergii viruit & eum humi sternit, dein proxime in Hortulanum impetum facit, quem is vix evasit inter duas Arbores proximas Viæ ac pene contiguas, transiliens, denique secundum Equum dejicit & ambos pedibus perforatos enecat, & antequam Thunbergius id resciret præcesserat enim aliquantulum vel antequam Hortulanus sclopetum expedire posset, in columnis evasit. Dominus Hemmey in prædio suo, 20 circiter milliaribus ab Urbe alebat trimulum. Bovem hujus generis captum quum parvulus esset quemque currui jungere & ad alia opera assuefacere tentavit verum est adeo pervicax & robustus ut quum sex alii boves mansueti una essent juncti currui, hic ferus uno Capitis reclinato nutu, illos sex jam disurrentes stiterit, nec unquam ab eis ulla vi, loco moveri potuit. Hac nonnisi die antequam navem rursus concenderem, ab ipso Domino audivi; certe enim eum examinassem, si ad hoc satis Temporis mihi fuisset.[fol. 5r]

## Antelope

Genus antelopæ a Celeberrimo Pallas merito introductum, in Systema, plurimas species habet: at quod dolendum nondum rite examinatas satisque Zoologis cognitas. Promentorium bonæ spei & adjacentes Africæ regiones a Belgis occupatæ, ditissima pars Mundi, plantis et Animalibus: quorum vix dimidia pars bene est cognita. Floræ divitias Clarus magni Linnæi discipulus D. Thunberg indefesso Studio & itineribus in interiora Africæ non sine discrimine suspectis examinavit et descripsit per integrum triennium: quasque uti spero Doctissimus Vir Nic. Laur. Burmannus cum orbe eruditio breve communicabit. Animalia vero nondum satis sunt perspecta. Ideoque quum mihi contigerit bis Prom. b. Spei visitare totus in eo fui ut plurima Animalia conquerarerem, examinarem, novaque describerem ac delinearem: at si quis consideraverit quam difficile id sit, ne dicam multa aliquid tantum in hoc negotio præstare: ob brevem

temporis spatium quo Naves plurimum hic morantur, ob impudentem avaritiam incolarum, qui a pereg<sup>r</sup>inis pretia immodica pro rebus maxime communibus exigunt: ob ingens spatium quo loca Animalibus frequentala distant ab Urbe: ob paucitatem hominum quos vel pretio magno pellicere possis, ad Animalia Aves <vel> pisces colligendos: tum denique id patebit me certe nec sumptibus, nec labori pepercisse, quo majorem Copiam novorum Animalium colligerem et revera 40 nova Animalia me nactum fuisse credo satis superque dictis fidem facient. Praterea id effeci ut ad minimum 20 plurave Animalia antea quidem nota, sed sub novis falsisque nominibus latentia postliminio ad sua genera speciesque restituerem. Denique id quoque præstiti, ut futuri naturæ consulti, qui in Prom. b. Spei sunt preventuri, sciant esse adhuc plura prorsus nova in hisce oris animalia, & quorum vel exuvias tantum videre mihi licuit vel de quibus fama auraque vulgari quaedam accepi, eaque igitur investigabunt majori Cura, feliciorique, quod spero, successu.

Anteloparum genus ad Prom. b. Spei habet species quod sciam undecim, quarum ipsem vidi plures; vel etiam exuvias cum Cornibus examinavi: viz: 4 species vidi<sup>1</sup> & exuvias trium, Cornua duarum de singulis hujus generis speciebus quæcumque comperi, quantum potero tradam perspicuiter; quum mea quidem opinione, historia Anteloparum etiam post clarissimi Pallas<sup>2</sup> & summi Angliæ Zoologi, amici summi Pennantu luci lentas curas, egeat adhuc luce & in multis Certitudine.

Non dubito figuram conformatiōnemque Cornuum, utique adhibendam ad distinguendas hujus adeo numerosi generis species, id tamen caute faciendum simul moneo: quoniam in una specia Dorcadis ejusque varietate Pygargo vidi Cornua in quibusdam subflammantia: in aliis lyrata, in aliis arcuata, nec desuere denique redundare adeo ut si secundum Cornua in hoc genere ordinare eandem velles ad plures species foret referanda. Utique igitur debent tot quot possunt Characteres colligi & multa hujus generis Animalia climate, magnisque terrarum spatis dirempta inter se comparari non neglectis mediis veluti inter extrema umbris, ut veræ species constituantur. [fol. 6r]

Id enim Zoologi γνησί\* est officium nec ulla intactas relinquere Species nec varietates pro Speciebus exhibere, nec plures Species sine urgente necessitate in unam confundere. Illustris Linnæus 6 species distinctas inter suas Capras enumeravit; sed aliquoties in Synonymis peccat. Illustris Buffonius plures Antelopes separatim a

---

<sup>1</sup> Lichtenstein reads ‘scil. 6 species vidi’.

<sup>2</sup> Lichtenstein reads ‘post luculentas curas clarissimi Pallas’.

Caprino genere, Gazellas vocans, descripsit nec non delineavit: is certe plurima ad Historiam Anteloparum facientia, diligentur ex Antiquis recentioribus[que] congessit: verum in hac parte Operis, non mihi satisfecit Summus Zoologis: neque par sibi ipsi videtur, recte quidem plures varietates, in unum speciem idem conjungit verum nimis fidens Adansonio, varietates quasdam rursus in Species dispescit. Hunc excipit accuratus imprimis Zoologus Celeberrimus Pallas, qui in spicilegio Zoologico. I. nobis 16 Anteloparum species sistit, quarum tamen plures rursus in unam Speciem sunnt amandanda, sic. V. gr. Dama & redunca sunt idem animal, Pygargus, Dorcas, & Kevella non nisi pro varietatibus Dorcadis sunt habendae: addidit quædam nova multa bene observavit, in Synonymis aliquoties peccat: cæterum admodum utile opusculum cum Orbe erudito communicavit. Postremus qui Antelopis quædam commentatus est. Amicus summus Angliæque decus eruditæ generosus Tho<sup>s</sup> Pennant Armiger, qui in Synopsi Quadrupedum 22 Antelopas breviter, at graphice ut solet, descripsit. is a prioribus Autoribus in errorum inductus itidem ut illi varietates nonnullas pro Speciebus habuit v. gr. ejus A. velox & rufa sunt Damæ varietates: dein sub A. barbara, platycera, alba, Sinensi, & maculata varietates Dorcadis latent. A. cervina, Senegalensi, & gambensi eadem Bubalis denotantur, ejusque forte varietates: prætera etiam Synonyma quaædam non recte eum suspicor enumerasse: at multa præclara notaque communicat. Hisce auctoribus, qui me instruerent sum usus: reliqua vel a visis examinatisque Antelopis ad Prom. b. Spei obviis vel ex iis quæ de reliquis congenerum illic audivi, hausi: nonnulla etiam comparatis aliorum de hoc animalium genere dictis & ex auctorum Monumentis decerpsi. Antequam plura de Anteloparum speciebus dixero, observabo, brevibus, unicam earum nempe Rupicapra nonnisi in Europa quod sciam vivere. A. Bezoartica Tragocamelus<sup>3</sup> & Leucopus videntur Asiæ soli proprie species esse. In Africa tantum reperiri credo A. Glauca, Leucophæam, Grimmiam, minutam, oreotragum, Bubalin, Strepsicerota, Damam, & Tragulum. Europæ & Asiæ communis est tartarica: & nonnisi 4 sunt Asiæ, Africæque communes: viz. Dorcas, Cervicapra, Oryx, & Gazella. In universum veræ quod sciam species sunt 18<sup>4</sup> numero, quas breviter delineabimus.

## 1<sup>st</sup> Antelope Tragulus.

---

<sup>3</sup> Lichtenstein omits ‘Tragocamelus’.

<sup>4</sup> Lichtenstein has ‘17’.

Antelope cornibus erectis, teretibus, lœvissimus, subulatis, subreduncis. Sunt in hac Specie plura notanda, vix ab ullo quod sciam auctore observata. Quæ enim Kolbe & de la Caille meminere sunt manca, obscura & brevissima. Incolæ Prom. b. Spei. Tres hujus speciei varietates memorant, duas a me visas; prima vocatur Greisbock,<sup>5</sup> secunda Steenbock, ultima denique Bleekbock.

< $\alpha$ > Primam varietatem Melanotidem appellavi, ob Auriculas nigras. Pili in Corpore sunt colore spadico seu e fusco-rubo, pilis plurimis Albis interspersis, unde Animalculum videtur canescere, & hinc ei nomen hæsit a Cano colore (Greisbock) quasi canescens. Degit plerumque in Summorum Montium [fol. 6r] locis, planis, inter saxa, ericeta ac frutices victum sibi quærens. Non tantæ est pernicitatis quem admodum animalia varietatis secundæ, ideoque non raro a Canibus grajis & venaticis capitur. Masculi soli cornuti, fœminæ muticæ.

Corpus circiter Capræ altitudine, sed multo gracilis & pedibus pro Corpore longioribus.

Caput oblongum, teretiusculum, pilosum, rostro sub-conico. Os exiguum labiis nigris; nares pilis rarís obsitæ nigricantes, Apex niger, Oculi ampli, viridi, nigri. Regio periophthalmica ampla, nigra; sub-oculi cantho antico, versus nares sacculus lacrymalis. s. sebaceous supra niger, orificio subrotundo. Aures longitudine capitis, oblongæ extus nigræ, pilis brevissimis, dense vestitæ, intus subvillosæ, pilis elongatis. Cornua teretia, atra, basi remota, sub-parallelæ: fronti obliquo angulo insistentia, ideoque erectiuscula, subulata, lœvissima, adunca in adversum s. redunca paululum. Pedes graciles, elongati, attenuati, deorsum. Ungula atræ triangulares acuminatæ. Cauda vix ulla.

Corpus e fusco-rufum. Caput cum pedibus dilutiora. Subtus & abdomen leucophæa. Dorsum, femora, & latera, aspersa pilis crebis canis.

< $\beta$ > Secundam varietatem Rupestrem vocavi, quoniam plerumque locis petrosis, at planis, inter fruticeta degat; unde incolis a petris Steenbock appellata 7 vel 9 pedum spatium saltu complet, ideoque summu velocitatis, non raro & vineas intrat.

In plerisque cum Melanotide convenit, figura nempe, magnitudine & proportione solo colore differt: qui est per totum Corpus spadiceo-rufus absque maculis supra, pilis Canis interspersis. Aures fuscæ intus striis elevatis 3 pilosis notatæ, nec nigræ, super Oculos macula albicans. Abdomen, & Femora intus alba. Vibrissæ supra infraque

---

<sup>5</sup> In Lichtenstein all the ‘bock’ names are spelled ‘bok’.

Oculos crebræ nigræ. Macula alba sub Cauda. Cornua non vidimus hac vice; at antea annotaverum, teretia, recta, parallela subulata, lævia, nigra, fronti oblique insistentia.

<γ> Tertia varietas pallida a me est vocata, quoniam incolæ Belgæ ei nomen imposuere idem significans Bleekbock. Hancæ videre mihi non contigit, at ex viris fido dignis, earumque rerum ob amorem venationis gnaris, id comperi, in omnibus Rupertii simillimam & solo colore pallide rufo, a reliquis varietatibus dignoscendam. <Obs.> Hæ tres varietates promiscue a Belgis in cibum adhibentur; nec id negandum inter optima hujus oræ felicis, fercula esse numerandas Carnes Antelopæ Traguli. Sæpius enim e duabus primus varietatibus pransi.

## 2. Antelope Dama.

Le Nanguer. Buffon XII, p. 213, t. 34. Le Nagor. Buffon XII 236, p. 46. A. Dama. Pallas. Spicil. 1, p. 8. A. redundca. Pallas. Spicil. 1. p. 8. A. velox. Pennant. Syn. Quadr. p. 30. A. Rufa. Pennant. Syn. Quadr. p. 30.  
A. Cornibus. teretibus, rectis, parallelis, reclinatis, reduncis; basi annulatis. Hæc Antelope ex solis Adansonii ap: Buffonium descriptionibus cognita; [fol. 8r] quæ sunt admodum mancæ & obscuræ: id tamen inde & ex figuris patet, ejusdem speciei utramque varietatem esse, & nonissi colore differe, qui in Dama Nanguer est rufus ab domine, pedibus, femoribus & uropygio albicantibus: at Nagor undique est rufa. Hanc speciem ob Cornua redundca recte appellari Damam: et forte eandem esse suspicor quam Plinius & Ælianuſ ob oculos habuere.

## 3. Antelope Leucopus.

Bœufs gris, Nil-gaux, Bernier. Voy. 2. p. 245

D<sup>r</sup> Hunter in Act. Angl. vol. fig.

Pennant. Syn. Quadr. p. 29. A. Leucopus.

Antelope cornibus, teretibus, erectis, lævibus, subreduncis; auriculis pedumque apicibus albo nigroque fasciatis, Cervicæ Juba brevi.

Cl: Hunterus ex vivo specimine descripsit & delineari curavit, eisque nomen Nilgaux applicavi in India asservit: itaque his nil addam. Uterque sexus Cornutus.

#### **4. Antelope Tragocamelus.<sup>6</sup>**

D. Parsons. Act. Angl. xlivi 465 & fig. Tragocamelus.

Pallas, Spicil. 1, p. 9. Antelope Tragocamelus.

Pennant. Syn. Quadr. p. 29. A. Indostanensis.

Antelope cornibus teretibus, lævibus sub-reduencis. Juba brevi, paleari laxa, dorso gibbo.

D. Parsons optime ex vivo Animali descriptsit ac delineavit, reliqui Auctores ex eo sua hæ[ ]serunt.

#### **5. Antelope Strepsiceros.**

Strepsiceros Caji opusc. 56. Gesn. Quadr. 309. Jeon. 31.

Kolbe Description. Cap. b. Sp. Bock ohne Namen

Animal Anonymum. ap. Houttuyn. nat. hist. 3. t. 26.

Le Condoma de Buffon. xii. 301. t. 39, xv. 142

Strepsiceros Pallas. Misc. 9. Spicil. 1. 17.

Cerf du Cap de Bonne Esperance. Hist. & Com. Acad. Palat. t. 1. 487.

A. Strigata. Pennant. Syn. Quadr. 31.

Antelope cornibus subteretibus, carinatis, rectis, divergentibus, longissimis flexuoso-spiralibus, basi rugosis.

Etsi Clariss. Pallas velit reprehendere Buffonium, quod Kolpii animal Bock ohne Namen (*Capra Anonyma*) pro hac Antelope habuerit comparatione instituta rursus credo Buffonium recte hariolatum esse: & quod magis forte curiosum, ipsum nomen Condoma servat vestigia vocis Kolbianæ: nam Galli feres omnes voces exteris mire corrumpunt, itaque dum Gallus quidam hæc Cornua ad Prom. b. Spei emisset, quæsivit ex quo potissimum animali *<ea>* essent Belga respondit, ea referenda ad Kolpii Bock ohne Namen, unde statim is qui ea verba excipiebat nomen confinxit Condoma, et sub hoc nomine scribæ navalii dedit, qui Buffonio cornua & nomen detortum tradidit. Nec obstat quod Clar. Pallas obsicit: Strepsicerotem carere arunco, nam Kolbius, tantum voluit per barbam vel Aruncum designare pilos elongatos a mento usque in Pectus obvios. Nunc apud Belgas *[fol. 9r]* Prom. b. Spei. Incolas,

---

<sup>6</sup> This entry is omitted by Lichtenstein, who adds at the end of the previous entry: ‘Examinatis descriptionibus et figuris Antelopae Nil-gau et Tragocameli in actis anglicis, id certo certius apparuit, idem animal sub gemina descriptione latere, et no nisi varietatem ad summum vel sexus differentiam in utroque animali obviam esse.’

nomine Koedoes nota est hæc Antelope, quod Galli Coudous, Angli Coodoos<sup>7</sup> pronunciant. Ego animal vivum non vidi, at ex pelle seu exuvii pluribus descripti, sic et plures cornua vidi. Ante aliquot annos specimen hujus Antelopæ vivum in viridario <ad Prom. b. Spei> visum, agilissimum, pulcherrimum, saltu ingenti semper Portam ex ferreis [virgis] <[ ]illis><sup>8</sup> factam, transilire solitum ut panem appeteret ab hominibus commonistratum, eoque accepto rursus in viridarium decem circiter pedum portam transcendisse ferebatur. Uterque sexus cornutus.

Corpus e maximis, griseum canescens, linea dorsi et septem utrimque strigis niveis. Juba brevis nigra, & pili itidem elongati, nigri, a mento in pectus, facies fusca, a cantho oculorum utrimque duæ lineæ albæ in Naribus conniventes: Cauda floccosa, apice pilis nigris, subtus alba. Dentes viii incisores: medii maximi, inde proximi magnitudino., 2<sup>di</sup> paris – 3<sup>tu</sup> paris minimi.<sup>9</sup>

Aures fusco-nigræ, Pedes graciles, Cervini, intus albi, genua nigra. Cornua fusco-nigra, Carina spiras 3 circiter legente, apice teretia subulata, alba.

## 6. Antelope Cervicapra.

Strepsiceros seu Addax? Plin. 8. c. 54; ii. c. 37

Capra Bezoartica. Aldrovand. quad. bisulc. hist. p. 256.

Antilope. Charleton. Exerce. de different. & nom. Anim. p. 67.

Gazella Africana, the Antilope. Raji Syn. Quad. 79.

Mem. Adoptés de l'Acad. de Paris vol. 1, p. 84.

Gazella Brisson. Regn. Animal. Quad. p. m. 44 ed. Lugd. Bat.

Tragus Strepsiceros. Klein. Quad. 18.

Capra Cervicapra. Pallas Misc. 9. Spicil. 1, 18, t. 12.

Antelope vulgaris. Pennant. Syn. Quad. 32.

Antelope cornibus teretibus, dimidieato-annulatis, flexuosis contortis. Mares soli cornuti, facie corporeque fusci, colli lateribus & humeris fere nigri, cervice griseo-fulvescentes, dorsisque duabus striis, ac Regione ophthalmica albidi. Subtus et pedum interiora cum Apice Caudæ nivea. Feminæ muticæ, colore griseo-flavescente. Dentes primores octo, medii latissimi – sub Genubus floccus pilorum.

---

<sup>7</sup> L. omits 'Angli Coodoos'.

<sup>8</sup> L. retains 'virgis'.

<sup>9</sup> L. has 'medii maximi latissimi, inde secundi paris proximi magnitudine, tertii paris minimi, quarti tertio paulo maiores'.

## **7. Antelope Oryx.**

Kaapshe. Elandt. Kolbe. Descr. Cap. b. Spei. 2. 110.

Coudous. de Buffon xii. 357. t. 46bis. Cornua.

Antelope oryx. Pallas. Misc. 9. Spicil. t. 15.

Antelopa Inda Pennant. Synop. Quadr. 26.

Antelope Cornibus teretibus, subcarinatis, rectis, longissimis, nudis, flammantibus;

Juba brevi, paleari laxo piloso.

Uterque sexus cornutus. Fœminam ipse vidi, examinavi, descripsi, & delineavi quum

viveret in vivario Capensi. Male illustris Buffonius hanc Antelopes speciem vocat

Coudous, cum hoc nomen ad Strepsicerotem nostrum pertineat. Generossus quoque

Pennant *[fol. 10r]* male hanc suam Antelopem Indam ab Alce Capensi distinguit, &

Gazellam mox enumerandam pro vera Alce Capensi habet, quum Belgæ incolæ

Prom. b. Spei, Gazellam consueverint appellare Gemsbock (Rupicapram). Mitis &

mansueta, hæc quam vidi femina erat, at lasciva; ideoque ob defectum Maris in

Antelopas, Damas, imo & homines insiliebat. In Montanis vivere dicebatur.

Corpus magnitudine Cervi vel Equi potius majoris totum ex fusco-griseum s.

cervinum ad humeros 4 circiter pedes altum. Linea Dorsi, & Genubus nigricantibus.

Abdomen et interior pars Pedum pallide-fusca. Gula strumosa, s. Larynge

protruberante sub-globoso. Juba brevis nigra; in humeris Pili incrementum capiunt.

Paleare laxum, pilis nigris elongatis vallatum. Ungulæ parvæ pro mole corporis

acutæ, nigræ.

Cornua teretia, subcarinata, recta, Capite paulo Longiora, 2 circiter pedum (in trimula)

nuda, basi vix annulata (annulis quasi undato-obsoletis) nigra, opaca, reclinata (i.e. ita

capiti insistentia, ut si frontis linea recta sursum produceretur in Cornua excurreret)

divergentia, (ita ut si faciei circumcæsura formans litteram Romanam V, produceretur,

in Cornua excurreret). Dentes primores & lati et satis magni, extimis paulo minoribus.

Aures amplæ, intus, 3bus Carinis villosis: Nares subnudæ, atræ. Oculi ampli, vividi.

## **8. Antelope Bubalis.**

Bubalis. Plin. 8. c. 15.

Βυβαλος. Oppian. Cynæget. ix. 300.

Bacula Cervina. Caii. Opusc. 63.

Buselaphus. Gesn. Quad, 121.

Bubalus s. Capreolus Africanus. Aldrov. bisulc. 363. fig.

Vache de Barbarie. Memoires de l'Acad. adoptés I, 208. fig.

The Hart. Kolbe. 2. 126.

Le Bubale de Buffon xii 294. t. 37, 38.

Le Koba, ou grande Vache brune de Buffon xii. 210. 267. t. 32. fig. 2<sup>d</sup>.

Le Kob, ou petite Vache brune de Buffon xii 210. 267. t. 32. fig. 1<sup>st</sup>.

Capra Dorcas Houttuyn. nat. hist. iii. p. 213. t. 24. fig. 3<sup>d</sup>.

Antilope Bubalis. Pallas. Spicil. I. 12.

Antelope Cervina. Pennant Syn. Quad. 37.

Antelope Senegalensis. Pennant. Syn. Quad. 38 (t. p. 39)

Antelope Gambiensis. Pennant. Syn. Quad. 39.

Antelope cornibus teretibus, annulatis, lyratis, apice nudis, rectis. Belgæ Prom. b.

Spei hoc animal appellant Harte Dier.<sup>10</sup> i.e. Cervum. Exuvias ipse vidi & examinavi cum Cornubus; In omnibus simile Animal ei quod Adansonius ap. Buffonium appellat Koba. Quantum vero hoc simile sit Bubalidi, & alteri minori varietati, quam Adansonius appellat Kob. facile comparatis iis quæ Buffonius refert & Pallas & Pennant l.c. patebit, itaque nolo in his diutius morari. Certe ad eadem speciem referendæ, & Varietates tantum dicendæ. [fol. 11r]

## 9. Antelope Gazella.

<Capra Gazella>

Gazella Indica Raji Syn. Quad. 79.

Capra Gazella Linn. Syst. Nat. xii 96.

Al Gazel & Pasan de Buffon xii. 211. t. 33. fig. 1, 2, 3.

Antelope Bezoartica Pallas Spic. 14.

Antelope Ægyptiaca. Pennant Syn. Quadr. 25.

Antelope cornibus teretibus, rectissimis, longissimus, basi annulatis. In hac Antelope omnes fere Autores peccant: ideoque accuratius de ea nobis dicendum. Primum hanc credo esse Orygem Plinii & Antiquorum, nam in Tabula Isiaca Taurensi est Hercules immolans Orygem cuius Cornua sunt rectissima, & cum hæc Antelope sit maxima adhuc dum in Ægypto communis non dubito nostram Gazellam esse Orygem antiquorum: præterea idem Plinius l. 8 c. 79: Sunt & Oryges, ait, soli quibusdam dicti contrario pilo vestiri & ad Caput verso. Jam vero de suo Pasan Buffonius describens

---

<sup>10</sup> L. has 'Hartebeest'.

ejus exuvias, observat, contrario in dorso pili vestiri & ad Caput verso: itaque hinc magis magisque mihi id quidem patet, Gazellam Ægyptiam animal antiquorum esse Orygem, nam Buffonii Pasan est Gazella vel varietas ejusdem. Dein illustris Linnæus male quidem ad suam Gazellam revocat Kolpii Alcem Capensem, quam demonstravimus esse Orygem recentiorem.<sup>11</sup> Postmodum Illustris Buffonius Antelopem Gazellam & Pasan perperam in duas species dirimit, & multa confundit; nam etsi vera A. Pasan sit certe animal ab A. Gazella diversissimum; id tamen de sua Pasan dici nequit; nam Buffonius verba Kæmpferi optimi de ea re judicis pervertit, & quum is Capræ Bezoarticæ cornua adunca, in dorsum reflexa tribuat, ipse tamen hoc diserte negat & eadem rectissima vult esse, vel paululum medio a se discedentia, rursusque coëuntia fingit; præterea & pellis Pasani ab eo descripta, est Gazellæ vel ut plurimum varietatas ejusdem. nultibi enim refert unde resciverit <ad A. Bezoarticum vel suam Pasan pertinere exuvias a se descriptas, verum> id ex Cornubus colligit simillimis illis: quæ Jo. Dan. Major. sub nomine Capri Bezoartici in Ephemer. Nat. Curios. Anni VIII, 1677. descriptis: qui certe a Bontio in Errorem est inductus. Hic Buffonii error pluribus locum dedit, quæ enim postmodum a Clariss. Pallas ac Generoso Pennant disseruntur, partim hinc sunt decerpta & ideo quoque male Synonima ab utroque recensetur. Id certum animal Ægyptium Cornibus rectissimis, quoque ad Prom. b. Spei reperiri, verum in partibus interioribus Incolæ id vocant Gemsbock (Rupicapram). Nobilissimus Baro de Plettenberg qui nunc in Prom. b. Spei Gubernatoris munere fungitur, neque benigne in pluribus adjuvit ipse mihi exuvias A. Gazellæ in interioribus Africæ, dum eas Partes inviseret, necatæ; et cuius Carnes ipse degustaverat eximias, mihi dono dedit, uno Cornu carentes, unde collegi, id in cæteris prosus simillimum Animali a Pennantio descripto, nomine A. Ægyptiacæ. Si hæc denique cum Descriptione confero, ex Itinerario in Congense Regnum [fol. 12r] descripto, exhibente Pacassam vel Empacussam animal. Bovi bubalo simile, monogamum album, nigro rufoque maculatum auribus prælongis, cornibus rectissimis, nullum mihi dubium reliquum est. Hanc nostram A. Gazellam illic nomine Pacassæ describi.

## 10. Antelope Oreotragus.

---

<sup>11</sup> L. inserts '(Oreadem)'.

Antelope cornibus teretibus, rectissimis, arrectis, subulatis, basi rugoso-annulatis. Hocce elegans animalcu<lu>m nemo quod sciam ante nos descripts & delineavit. Ab incolis Belgis appellatur Klipspringer (*Rupium saltator.*) in summis habitat rupibus, præsertim in ipsa extremitate Africæ, ipsissimoque Prom. b. Spei prope Vaalse Bay, (Sinum Falsum.)<sup>12</sup> Quum a venatioribus excitatur, saltus imensi spatii per Avia & devia rupium facit & non raro in ipsas crepidenes rupium, & in loca recedit ubi vix satis spatii reliquum est ut prossit quatuor. Pedes collectos in angustissimum locum reponere, inde rursus si petra apta in propinquu est, in eam transilit; vel etiam desilit in loca quæ intuentes solum, terrent ob præcipitem descensum, & sic non raro perniciitate mirandâ industriam venatorum eludit.<sup>13</sup> Feminæ cornibus carent. Pili in hac Specie adeo parum sunt affixi cuti, ut illico tacti defluant: eos incolæ profaciendis culcitrīs adhibent. ~~Feminæ cornibus carent.~~

Corpus magnitudine circiter A. Traguli, vel paulo majus.

Caput conicum, teres, crassiusculum obtusum. Nares nigræ, nudæ, planiusculæ. Labia tenuia, nigra. Rictus mediocris, sub-obliquus. Dentes . . . Oculi ampli, sub Cornibus, in plaga nuda, nigra saccus lacrymalis sebaceus. [illeg deletion] sub Oculis, in eadem plaga, orificio ampio ovato. Aures fere longitudine Capitis, ovatae, acutæ, apice nigro, marginatæ.

Cornua auribus paulo breviora, basi remota, paululum divergentia, rectissima, arrecta (i.e. Capite horizontali, terræ perpendiculararia) Teretia subulata, basi rugoso-annulata, atra.

Pedes graciles, attenuati, elongati, Ungulæ obtusæ, atræ, compressæ. Cauda brevissima.

Caput universum fulvescenti-fuscum, hinc inde Striulis nigris variegatum.

Pili basi albi, medio nigricantes, apice fulvo-grisei.

Corpus reliquum minutissime variegatum commissura intima e flavo & fusco. Pili ut in Capite basi albi, medio nigri, apice flavo-grisei.

Pedes latere interiore alblicant. Aures eis concolores. Pili facilime decidui, molles elasticæ, at filiformes, crassiusculi.

## 11. Antelope Minuta

<sup>12</sup> L. gives 'False Bay (Sinum falsum)'.

<sup>13</sup> L. inserts here 'verum etiam, si in loca prorsus inaccessa pervenerit, unde nullus redditus est, ab eisdem glandibus plumbeis e bombarda conficitur et in loca confragosa convallium decidit'.

Antelope cornibus teretibus, subrectis, basi annulatis, subulatis, atris.  
Rex cervorum. Bosmans Iter. Guin. 236.  
Cerva parvula. Des Marchais it. guin. t. 312.  
Cervula parvula Africana. Sib. Musc. I, 70. t. 43  
Cerva parvula Adanson. it. Seneg.  
Le Chevrotain de Guinée de Buffon xii. 315. tab. 43, f2. Cornu.  
Antelope Regia. Pennant Syn. Quad. 28.  
Hæc elegantula Antelope sæpissime pro alio animalculo quod ad Moschos *[fol. 13r]* spectat, est habita: at nil clarus ac luculentius easdem distinguit, quam Characteres a Natura eis attributi diversissimi. Antelope minutæ mares sunt cornuti, & in Maxilla superiore nulos habent Laniarios. verum Moschi pygmæi in utroque sexu Cornibus destituuntur & habent Dentes Laniarios Superioris Maxillæ exsertos. Buffonius videtur ignorasse differentiam inter Antelopas et Moschos, quum utrumque Animal vocetur voce Gallicæ Chevrotain.

## 12. Antelope Grimmia.

Capra Sylvesteris Africana. D<sup>r</sup> Grimm. Ephem. Nat. Curios. Dec. 2. an. 4. 1686.  
Capra Sylvesteris Africana. Grimmii. Ray. Syn. Quad. 80 Klein Quad. 19.  
Moschus Grimmia. Linn. Syst. Nat. xii 92.  
La Grimme de Buffon. xii 307. tab. 41. Caput.  
Antelope Grimmia. Pallas. Misc. 10. t. 1<sup>st</sup> Spicil t. 15. 38. t. 3.  
Antelope Guineensis Pennant. Syn. Quad. 27.  
Antelope Cornibus subteretibus, subrectis, basi rugoso-annulatis, striatis, subulatis, reclinatis, atris: verticis, fasciculo piloso.  
Primus Grimmius hanc antelopam ad Caput b. Spei viderat: verum hoc specimen erat femina sine Cornibus, quod etiam sumnum alias Zoologum Illustrum Linnæum impulit, ut hanc Antelopem, quam primo inter Capras ordinaverat, postmodum inter Moschos numeraret. Illustris Buffonius recte suspicatus est Grimmiam esse Antelopem, verum nescio qui factum sit ut nobis rursum offerat Antelopes Caput ab Adansonio communicatum a Senegalensibus regionibus allatum, de quo dubitem an sit revera Grimmiae nostræ cornua enim vix correspondent. Nolo tamen quicquam in re dubia pro certo affirmare; satius igitur est, rem tantum meminisse & dein in medio relinquere, aliis dijudicandam. Primus Clariss. Pallas bene riteque de Grimmia commentatus est. Ea quam ipse descripsit e Guinea fuit allata. Cornua quæ ipse vidit,

etiam apud Sebam Musæi I. t. 43. f. C. D. delineata esse & quidem exactissime refert. Generosus Pennantius hanc eandem Grimmiam Hagæ Comitum viderat; ejus igitur Descriptio non ab ea discrepat, quam Clar. Pallas dederat. Quum ad Prom. b. Spei essem & undique colligerem res ad Historiam Anteloparum spectantes, inter alia quoque mihi oblatum fuit cornu Animalis quod Incolæ Belgæ vulgo Duyker-Bock, i.e. capram mergam appellant: id in omnibus exacte figuram, apud Sebam expressam refert: estque 4 uncias longum, suberectum, striatum, basi ad 1/3 Cornu, annulis circiter 4 vel 5 rugosis cinctum: ad latus ejus exterius postice est quædam sutura elevata, seu Carina rugis, ferme destituta; neque exacte Teres figura est Cornu; verum postice quasi planiscula & antice magis convexa, ad striis magis expressis: paululum postice incurvatus,<sup>14</sup> estque subulatum. Præterea simul ab eodem homine et pluribus aliis; qui hoc animalculum probe noverant, & venabantur, mihi relatum, hanc Capram mergam (Duyker-Bock) habere in medio Capite fasci<cu>lum pilorum. s. cristam quasi (en Kuifye): ejusque fœminam esse excornem. Deinde quum rationem Nominis Duyker-Bock [fol. 14r] inquirerem, id pro Responso retuli: Hanc Antelopem plerumque vitam agere locis planis inter fruticeta: et si venator Casu in ea veniat loca, ubi hæc Antelope versatur, eandem illico per fruticeta fugam capessere, & post aliquod intervallum, saltu ingenti e fruticetis emergere, ut sic videre possit ubi sint infesti Venatores & rursus illico inter frutices fuga continua, quasi immergei donec longo rursus intervallo, alio saltu emergatur: rursumque eandem immergei, unde ipsi nomen hæsisse Capra Mergæ <neque esse> dicendam uti Clar. Pallas id nomen interpretatus est, Capram nictitatem. Idem accuratus imprimis Zoologus suspicionem injecit, Grimmiam forte esse Kolpii Capram Canam (Greisbock.): quod certe multum a vero abest: illa enim Capra cana, nobis Antelope Tragulus melanotis dicta, prorsus caret illo fasciculo piloso verticis, estque Capra Merga aliquanto minor, nec Cornua habet similia Cornubus Grimmiæ. Denique ex Cornuum longitudine Colligo, Grimmiam Geuineensem aliquanto minorem esse, quam Capensem; verum id certo affirmari nolim, ipso Animali a me non viso.

### 13. Antelope Leucophæa.

Capra variegata (bonte-Bock.) Kolbe Cap. 2. 115.

Le Guib de Buffon. xii. 327. t. 40. & 41. f. 1. Cornu.

---

<sup>14</sup> L. has 'retro incurvatur'.

Antelope Scripta. Pallas Misc. 8. Spicil. 1. 15.  
Antelope jugata Pennant. Syn Quadr. 27.  
Antelope Cornibus subcompressis; rectis, bicarinatis, spiralibus, apice teretibus.  
Corpo spædiceo, striis, fasciis, maculisque albis.  
Quum in Prom. b. Spei colligerum omnia ad Historiam naturalem facientia inter alia,  
oblata mihi fuere Cornua cum parte pellis  
Capra tegente, Colore spadiceo maculis albis notata quæ mihi venditabantur, pro  
Cornibus Antelopes appellatae bonte-Bock. i.e. Capra variegatæ, quæ dicebatur Animal  
esse magnitudine circiter Axis Bengalensis & Cornua erant aliquantulum similia  
Cornibus Antelopæ a Buffonio le Guib appellatae in Erat igitur Clar. Pallas qui  
Capram variegatam vult esse A. Pygargum mea quidem opinione, id nomen ad  
nostram Leucophæam referendum. Quædam hujus Antelopes specimina circa  
Hottentot-Holland passim sunt obvia.

#### 14. Antelope Dorcas.

Δορκας – Ælian hist. Animal. 14. 14.  
Algazel ex Africa. Hernand. his. Mexic. 893.  
La Gazelle D’Afrique. Buffon. quad. 45.  
Capra Dorcas. Linn. Syst. Nat. xii. 96.  
La Gazelle de Buffon. xii. 209. t. 23.  
Antelope Dorcas Pallas. Spicil. I. 11.  
Antelope Barbara. Pennant Syn. Quadr. 33.

Antelope Cornibus teretibus, basi annulatis, striatis, reclinatis, apice resupinatis,  
nudis; stria laterum nigricante, genu flocco piloso. *[fol. 15r]*

<α> Varietas Kevella.  
Le Kevel de Buffon. xii. 258 t. 26.  
Antilope Kevella. Pallas. Spicil. t. 12  
Antilope Platycera. Pennant Syn. Quad. 34.

<β> Varietas Corina  
La Corine de Buffon xii 261, t. 27. & 31.. f. 3. 4.  
Antilope Maculata Pennant Syn. Quad. 37.

<γ> Varietas Pygargus.

Pygargus. Plin. hist. nat. b. 8. c. 79.

de Buffon. xii. t. 31. f. 6. Cornu.

Antilope Pygargus. Pallas Spic. t. 10.

Antelope Candida. Pennant Syn. Quad. 34.

<δ> Varietas Tzevian.

Tzevian thu. Olear. itiner. 237, & 276. 277, (ed. Germ. Hamb. 1696 fol.)

Ahu Kæmpfer. Amæn. exot. 403. t. 407. n. 1.

Dsheren, Caprea, Campestris, Gutturosa, Gmelin. itin. Sibir. 2, 103 & nov. Comment.

Petropol. 5. 347. t. 9. & p. 36. 37.

Geizan. Gemelli Cancri 2. 63.

Jairain Boullaye le Gouz. 247.

Ahu. Mandelslo 2 159. (ed. gall.)

Antelope Sinensis. Pennant Syn. Quadr. 35.

Nulla alia inter Antelopes tot habet varietates, quam hæc nostra Dorcas. Cornua certissime non solum variant in hac Specie, verum etiam natura in Cornuum conformatioне ejusdem varietatis quoque mire solet ludere; quod ipse oculatus testis in Pygargo observavi. Vidi enim masculum adultum, certe 8 vel 9 annorum cuius cornua erant simillima iis quæ Buffonius delineavit xij. t. 31. f. 6. ideoque eadem recte a Clar. Pallas ad Pygargum sunt relata; vidi quoque alias Pygargos cornubus subflammatibus, alias lyratis, & unam feminam reduncis: unde satis superque patet, in hac Specie cornua eorumque conformatioне non adeo presse pro Charactere adhibenda esse, verum & alias notas in stabiliendo Charactere usui debere esse. Color in Dorcade, Kevella, Corinna, & Pygargo, est cinnamoneus, & ab Armis ad femora Stria lata, obliqua, nigricanti-spadicea est ducta, albedini abdominis abrupte contermina: Uropygium late candidum, Cauda apice floccosa, nigra. Hi sunt in omnibus Varietatibus a me enumeratis constantes Characteres.

An illa varietas, quam sub nomine Turcico-Tartarico-Tzeiran s[ive] Dsheren, noscimus ad Dorcadem spectet, vel an potius novam condat speciem, id adhuc dum ambigo: Color certe similis Cervi capreoli, i.e. multo rufuscente tinctus cervinus, & pene ad Cinnamomeum accedens. Auctores qui de hac Specie quædam observarunt, silent de litura seu striga laterum nigricante, neque mentionem injiciunt uropygii late

candidantis & caudæ nigræ itaque hæc erunt manebuntque dubia, donec Clar. Pallas, qui in hisce Oris [fol. 16r] fuit in Asia ubi Tzeiran versatur, redux certiora orbem eruditum docuerit. Nollem igitur Tzeiran, pro certo inter Dorcadis varietates enumerare.

In Dorcade, Kevella & Corinna genua sunt pilosa, quod ego in Pygargo, cuius plura quam 20 vidi viva individua, numquam observavi. Certe vel ipso Buffonio judice Dorcas, Dorcas, Kevella & Corrina ejusdem specie sunt varietates, climate & locorum situ distinctæ & separatæ; unde magnitudine, colore insensiore vel dilutiore, paucisse maculis differunt. De Pygargo recte pensitatis omnibus idem pronunciare ausim, esse Dorcadis varietatem; sed quo minus nostra verba tantum pro hac Opinione militent, jam hoc Animalculum describam, ita ut cuilibet, liceat de integra re judicium fere.

### **Antelope Dorcas & varietas Pygargus.**

Elegans hoc animal ab incolis Belgis Prom b. Spei appellatur Spring-bock (*Caprea saltatrix*). Interiores penitionesque Africæ regiones incolit, nec viciniam Prom. b. Spei accedit, nisi ob aquæ penuriam in superiore & siticulosa Africa. Gregaria vivit, gregibuss a X [ad] < [ ]> L millium simul pascentibus: nec homines multum formidat. Leones, Unciæ (Laii) Lupi, Hyænæ, & alia </insert from fol. 15v> carnivora animalia 7 greges sectantur, & cibum sibi ex eis depromunt. Prima gregis individua, utpote quæ pascua nova & abundantem processu nacta> sunt cibum, sunt altilia; postrema macilenta. Dein quum rursus superiora Africæ repetunt; postrema quæ fuerant, <gregis> prima jam facta meliora indies pascua obtinentes, brevi pinguescunt; & ultima ex primis facta in grege macescunt ob inopiam pabuli. Si homines vel equo insidentes vel curru iter facientes incident in ejusmodi gregem, flagello de Via removendæ sunt Antelopæ & si visum fuerit, fustibus tot enecant, quot in presentia in Cibum necesse ducunt, vel etiam aliquot vivas capere enituntur, imprimis capreolos. Facile mansuescunt, & tum pane, tritico, & foliis brassicæ pascuntur. Mares adulti magna validaque habent Cornua, annulis distinctis notata. In vivario Soc. Mercatorum in Indiam mercaturam facientium, vidi marem 8 vel 9 annorum ætate, Cornubus validis, annulis perfectis, quasi nodosis, apice abruptis, (quod Casune ultrove factum sit ambigo); erat vera petulcus, et nisi bono fusti, lapidibusque appeteretur a custode vivarii, in omnes præsentes magna vi irruerat, eosque humi sternebat. Vox ab omnibus stertoris similis editur, vel etiam grunntui suillo. Quædam feminæ adultæ erant mites & ad panem e manibus accipiendum

acce~~<de>~~bant. Proles maris adulti intra trimatum, feritatem servavit at ex eis una femina mitri a Nobiliss. ac Generoso Barone de Plettenberg dona data & in navem allata feritatem exuit & paucis diebus prorsus mansueta ac cicur <evasit> & panem vel pulverem <tabaci> appetere solebat e manibus offerentium. Tempestates & ventos dum liberæ vagantur, præsagiunt, subsultim ingentique quodam elatere se a terra elevando, tum vero caput demittunt, et pedes; imosque horum Articulos retrorsum flectunt, dorsum vero & totum Corpus in Arcum curvant, & tum reclinatis utrimque pilis fulvis dorsi in Uropygio usque ad clunes ingentem albam maculam recludant. Una vero subsiliente, totus grex illico idem facit. Mares & Feminæ cornua habent, quæ uti supra observavi, mire in iisdem variant.

Corpus magnitudine fere Cervi Damæ, seu potius Axis bengalensis, formæ elegantis, Corpore gracili, pedibus altioribus, ac Damæ vel Axis. [fol. 17r]

Caput conicum, oblongum, pilis vestitum; Nares lunatae, angustae, connexae ad divisuram labii superioris & ubi connectuntur Glomerulus est glandularum hemisphericarum humidarum, nudarum, atrarum. Labia superiora, vibrissis brevibus crebris inter pilos canescentes eminentibus, consita. Dentes incisores in Maxilla inferiore . . . Oculi ampli, Iride fusco-nigra. Sub oculis ante Canthum interiore est sinus lacrymalis s. sebaceus oblitteratus, orificio sub-retondo, exiguo. Aures longitudine fere capitidis, basi tubulosæ, angustæ, acutæ, suberectæ, extus pilis minutis appresis griseo-nigris, intus Canis elongatis per tres series dispositis vestitæ. Cornua teretia in plurisque rugis annulata, apice nuda, subulata, nigra, fronti (non vertici) insistentia, suberecta.

Collum compressum gracile: Truncus compressus, circa pedes posticos aliquanto altius quam antice. Pili dorsi paralleli, appressi, in postica vergentes, at medio circiter dorsi, sursum oblique convergentes rimamque formantes, quam Animal potest pro lubitu remotis pilis convergentibus Cinnamomeis dilatare, & sic maculam candidissimam cuneatam ad clunes latissimam, dorso in Angulum excurrentum, recludere, & rursus admotis pilis convergentibus, occludere. Pedes admodum graciles, elongati, attenuati. Genua<sup>15</sup> nuda, (i.e. nulla flocco piloso vestita) verum pilis appressis ut reliqua pedum consita postici pedes valgi, & quasi divaricati. Ungulæ bisulcæ, nigræ, oblongæ, acutæ, spuriæ exiguæ. Cauda exigua, pilis flocosis in Apice.

---

<sup>15</sup> L. inserts ‘antica’.

Caput candidum, vertice & in fronte sinu cinnamomium;<sup>16</sup> ab oculis ad Angulum Oris linea nigricante-spadicea ducta: (in quibusdam linea in fronte usque ad Nares fere descendit Cinnamomea).

Collum, Corpus, pedesque Cinnamomea, i.e. fulvo-spadicea. Linea Dorsi in ejusdem medio incipiens, Uropygium, Abdomen & pars Pedum interior candida. Stria lata, obliqua, ab Armis ad femora, albidini abdominis abrupte contermina, nigricanti-spadicea. Apex Caudæ floccosus, niger. Clunes ubi albedini sunt contiguæ nigrescunt.

### **15. Antelope Tartarica.<sup>17</sup>**

Κολος Arab. 7. Κωλος. Athem. Deipnosoph. 5.

Colus Gesn. Quad. 361.

Suhak Rzaczinsk 1. hist. Nat. Polon. 2. 24.

Ibex imberbis Gmelin. Nov. Comment. Petrop. 5. 345. t. 19. 7. 39.

Saiga Phil. Trans. 1767. 344. Bells Travels. 1. 43.

Capra Tartarica. Linn. Syst. Nat. xii. 97.

Saiga de Buffon xv. 98. t. 32. f. 2. Cornu.

Antilope Sythica. Pallas. Spicil. t. 9.

Antelope Sythica. Pennant Syn Quadr. 35.

Antelope Cornibus teretibus, basi annulatis, reclinatis; apice resupinatis nudis: flavescenti Diaphanis: Labio superiore longiore.

De hac Specie vix aliud habeo quod addam, nisi quod usque in Moldaviam & Valachiam ac Hungariam sit dispersa; & quod ingentes greges earum usque 10,000 simul pascantur. Hieme a venatoribus [*fol. 18r*] in Convalles alta nive obrutas compulsæ, facile conficiuntur contis Fœminæ excarnes.

### **16. Antelope Rupicapra.**

Rupicapra. Plini. I. 8. 15.

Rupicapra. Gesn. Belon. Aldrov. Olear. Dodart. Scheuchz. Wagn. Raji.

Capra Rupicapra Linn. Syst. Nat. xii. 95.

Chamois de Buffon xii. 936. t. 16.

Gemse. Klein. Quad. 18. Ridinger Kleine Thiere 72. Wilde Khine 25.

---

<sup>16</sup> L. inserts 'i.e. fulvo-spadicea'.

<sup>17</sup> L. has 'Tatarica'.

Antelope Rupicapra Pallas Spicil. 1. 7.

Capra Chamois Pennant Syn. Quadr. 17.

Antelope Cornibus teretibus, nudis, atris, rectis, erectis, apice uncinatis. Sinu post  
Cornua & Genubus fasciculo piloso.

Recte Clariss. Pallas, mea quidem Opinione, Rupicapram inter Antelopes militare  
jussit: & sunt Argumentæ pro hac Opinione facientia; id certum, Rupicapram Capras  
& Antelopes connectere. Uterque sexus cornutus.

### **17. Antelope Glauca.**

Capra Cærulea. Kolbe. 2. 114. (Blaue-Bock.)

Antilope Leucophæa Pallas Misc. 4. Spicil. 1. 6.

Antelope Glauca Pennant. Syn. Quad. 24.

Antelope cornibus teretibus, annulatis, arcuatis, apice, nudis, rectis, nigris.

Belgæ Prom. b. Spei Incolæ, hanc Antelopem cæruleam (blaue-bock.) appellant, &  
raro inveniri in interioribus Africæ asserunt. Dum vivit pilos Corporis ita disponit ut  
Color cærulescens multo saturatior appareat & similitudinem habeat panni sericei  
villoso rasilis (velvet Angl. velours Gall.) verum necato animali pili concidunt &  
multo pallidiorem glacum Colorem faciunt, vel potius glauco-cinereum. Caput &  
Linea Dorsi nigricant; Abdomen, Pedes macula sub Oculis, & caudæ apex alba.

Uterque sexus Cornutus. Magnitudine Cervum Damam excedente.

Kolbius videtur errare dum huic Antelopæ tribuit Barbam. *[fol. 19r]*

### **18. Antelope Bezoartica.**

Pasen Capricerva. Kæmpf. Amœn. Exot. 398. t. 407. f. 2.

Capra Bezoartica. Gesner. icon. Quad. 38.

Hircus Bezoarticus. Aldrov. bisulc. 756.

Capra Bezoartica. Linn. Syst. Nat. xii. 96.

Antelope cornibus, teretibus, arcuatis, annulatis; Gula barbata.

Plerique recentiorum, nescio quo consensu, Antelopem Pase. s. bezoarticam cornibus  
volunt esse rectis, in Errorem ut videtur inducti a Bontio & Majore uti supra ad A.

Gazellam pluribus disserui quum unicus in hisce oculatus Judex Kæmpferus eam velit  
esse arcuatis. Id certum, Kæmpferi animal a Pasen Buffonii: & A bezoartica Clariss.

Pallas vel Pennantii toto coelo diversam esse: quod et aruncus bezoarticæ confirmat.

Nec forte male fecerint, ii, qui obscurum hoc Animal rursus ad Capras amandaverint.

Inter Antelopes ad Promontorium bonæ Spei obvias & notas incolis, decem ad certas, determinatasque species retuli; quo maxima res est effecta ut in posterum Naturæ consulti sciant, sub quo nomine eis sit inquirendum, si quædam de certa Antelopa velint rescire: unam speciem, quam appellant (Rehbock.) Capream, non quivi ad aliquam referre Speciem cognitam: nec quicquam de ea rescire potui, nisi hoc unum, esse ipsi pilos mollissimos tenuissimos instar Lanæ, nec uti in reliquis congenerum rigidiusculos. [fol. 20r]

### **Yerbua Capensis.**

Animalculum quod nunc sumus descriptui, videtur antea Zoologis <prorsus> ignotum fuisse. Capenses Incolæ id Leporem montanum appellare consuevere, quia sub radicibus montium plerumque in cuniculis vivat. Nos idem paullo curatius examinantes, illico observavimus, plura hujus generis Animalcula passim per orbem cognitum obvia esse, sed in genere minus perspecta summis Zoologis, ideoque variis modis ad naturales ordines revocata. Summus imprimis Linnæus inter Mures ordinat: Gmelinus in Act. Petrop. unam Speciem inter Cuniculos vel Lepores militare jussit. Sunt quoque Characteres quidam, qui vel ad unum, vel alterum genus idem amandare videntur. Sed sunt aliæ quoque certissimæ notæ, quæ animalcula hæc ab omnibus aliis cognitis generibus removent & in peculiare, privumque, ac ab omnibus aliis generibus distinctum Genus cogunt. Pedes postici elongati & imprimis tarsi longissimi, callis calcaneonum loco substratis, palmæ brevissimæ pro manubus inservientes & nunquam rarissime adhibitæ ad procedendum vel insistendum: præterea cauda dense vestita pilis & in quibusdam Speciebus floccosa, a murino genere prorsus distinguunt. hæc eadem elongata cauda a Leporino genere removet: itaque jam habebimus novum Genus. Antiquis id jam innotuerat sub nomine αγκτομυζ vel etiam Μυσζδιπ\*ζ, vel etiam χοιρογρυλλοζ. Hebreæ Scripturæ sacræ Lingua <haud> dubiam Sapan esse vocatum: Arabes olim & nunc idem Yerbuam appellant: id nos igitur ut maxime notum idoneumque <nomen> adoptabimus.

### **Yerbua.**

Mammale Glis.

Dentes Primores . . .

Aures longæ, patulæ nudæ.

Oculi prominentes, ampli.

Pedes Palmæ brevissimæ.

” Plantæ elongatæ. Tarso subtus calloso.

Cauda elongata, vestita, (non raro floccosa.)

Fodiunt fere omnes, irrequitæ, pedibus anticis raro vel nunquam insident, & incedunt posticis saliunt. Vox similis leporinæ, grunniunt quoque: Labia indesinuntur motitant, palmis pro Manibus utuntur, eisque cibum ori admovent. Interdiu pluræque latent, somnolentæ, noctu cibum capiunt & vagantur. Hyeme quædam torpidæ: intra cuniculos. Vivunt Gramine & cerealibus, Morsu & unguibus se defendunt. Saltus ingentes faciunt immenso repercussu plantarum, elaterque femorum. Animalia quæ hocce novo genere sunt comprehensa, sex sunt numero, nempe Yerbua <quam> Linnæus [fol. 21r] nomine Muris Jaculi exhibit & alia apud eundem Mus longipes dicta: dein innotuit ex Sibiria, opera Gmelini Alagtaga vocabulo barbaro appellata, postmodum Illustris Buffonius primus memmit animalculum his simile nomine Tarsier.

Generosus Pennantius amicus summus ex Museo summi Anatomici Hunteri idem descriptis & ex India allatum refert. Generosus Jos. Banks ex Nova Hollandia novam speciem, verum admodum proceram, attulit, incolis Kangaroo dictam, denique ipse primus novam speciem in Prom b. Spei visam, a me illic examinatam descriptamque a filio delineatam, & in Angliam allatam, vocavi Capensem. Quatuor Yerbuæ habent caudam apice floccosam; videlicet, Tarsata, Capensis, Sibirica, & Jaculus; duæ apicæ caudæ vestito attenuato, attenuato; nempe Kangaroo & Longipes. Reliquæ differentiæ specificæ petendæ a digitis: nam Tarsata palmis plantisque est pentadactyla. Capensis palmis pentadactylis at plantis tetracyctylis, Kangaroo & Sibirica habent palmas pentadactylas, at Jaculus est palmis tetracyctylis, plantis tridactylis & ficerunt satis distincta species hujus novi generis.<sup>18</sup>

### **Yerbua Capensis.**

Yerbua Cauda floccosa, palmis pentadactylis, plantis tetracyctylis.

Habitat ad Montes pone Stellenbosh, in quibus ad eorum radices cuniculos fodit. educat tres vel quatuor pullos, victitat gramine, foliisque brassicæ, & cicur pane &

<sup>18</sup> L. has 'nam *Tarsata* et *Sibirica* palmis plantisque sunt pentadactylæ. *Capensis* palmis pentadactylis, plantis tetracyctylis. *Kangaroo* habet palmas pentadactylas, et plantas tridactylas. *Longipes* est palmis tetracyctylis, plantis pentadactylis, at *Jaculus* est palmis tetracyctylis, plantis tridactylis et sic erunt satis distinctæ species huius novis generis.'

tritico aliisque Vegetabilibus: noctu cibum cap\*\*a deleted\*\*\*it & vagatur; interdiu somnum capit, hyemen dicitur torpida in cuniculo vitam agere. Irrequia, pedibus anticis raro vel nunquam pro incedendo insistendove utitur; sed loco manus adhibet palmas, cibum eisdem ori admovet, faciem et Corpus lavat, Scabit, unguibusque defendit; plantis, Tarsisque elongatis, insistit eorumque ope reptabunda salit, vel etiam dum fugam capit, ingenti repercussu saltus immensos facit. Morsu quoque se defendit, grunnit, vel etiam instar Capellæ balatus vocem tremulam edit. Indesinenter Labia motilat, ac si ruminaret. Erecta sedet & circumspectat, vel etiam auditura aures arrigit in plurimis Leporis timidi mores habet unde & ab incolis. Belgis Prom. b. Spei Berghase (*Lepus montagnus*) appellatur.

Corpus magnitudine circiter Leporis Timidi, colore fusco-fulvo, subtus helvo.

Caput lateribus compressum seu subcuneatum, antice fronte extrorsus arcuata.

Ore infero, mystacibus *<supra>* elongatis plurimum ordinum cincto. Dentes Incisores in utraque maxilla duo *<insert from fol. 20v>* exserti, contigui, occursantes, paralleli, incurvati, quadrati, apice oblique scissi, truncatique. Superiores ex Maxilla superiore exserti, Labium superius perforantes, foramine sub eis saccato, nullo orificio quod sciam in os interius descendente. Inferiores exserti quoque e maxilla inferiore. Canini *<nulli>* Molares . . . Os exiguum, longitudinale. Inter os & foramen *<saccatiem>* sub incisoribus superioribus est membrana transversa, formano veluti labium superius infra dentes positum<sup>19</sup> Lingua exigua, teres. Palatum rugosum. Nares rotundæ, *<rubicundæ>*, nudæ. Oculi laterales amplissimi, protruberantes, nocturni. Auriculæ longitudine fere capitis, amplæ, patulæ, cochleatæ, apice nudæ *<venosæ>*.

Truncus thorace compresso, abdomine & circa femora dilatato. Mammæ 4 pectorales, vicina, sub pedibus anticis; at paullo retrorsum.<sup>20</sup> Foramen amplum, saccatum, prominulum, rotundum, rugosum, contractile: intra quod Anus & Genitalia; Ano postico & Glande penis reticulata, verrucosa. totoque pene in postica verso.

Pedes: Palmæ quinquedactylæ,<sup>21</sup> brevissimæ exiles; Digitis 3 mediis subæqualibus *[fol. 22r]* lateralibus, brevioribus *<Subtus Callus>* subglobosus, torosus, nudus qua ad partem interiorem pedum spectat ad exteriorem vero lobus lateralis, profunde divisus extra nudus, intus pilosus.> Ungues validi, subulati, subincurvi *<subsolidi>* fere longitudine digitorum.

<sup>19</sup> L. has ‘inter os et foramen ex quo dentes superiores prodeunt, membrana transversa labium superiorus format inter dentes.’

<sup>20</sup> L. adds ‘in feminis’.

<sup>21</sup> L. has ‘pentadactylæ’.

Plantæ longissimæ, validæ, tetradactylæ; metatarsis, tarsisque elongatis.

Digito medio longiore, et lateralibus <duobus> brevibus <extimo breviore>. Callo sub calcaneo, oblongo <exiguo>. Ungues breves, validi, subulati.

Cauda longissima (corpo longior.) pilis densis, longis fulvis vestita: apex Caudæ floccosus pilis elongatis nigris.

#### Mensuræ

Ab apice Rostri Caput ad basin Aurium	4	Armi palmæ s. ped. enficor	3
Ab Auribus ad Basin Caudæ	12	Tibiæ	3
Cauda	17	Digitum cum Metatarsis	2
Aures	3	Ungues	$\frac{3}{4}$
Femur Plantæ s. ped posticor	$4\frac{1}{2}$		
Tibiæ	4		
Metatarsi e Digitatis	5		
Ungues Digitii medii	$\frac{1}{2}$		

[fol. 23r]

#### Fossores.

Quum ad Caput bonæ Spei primum venissem anno 1772, Talpas hujus regionis examinare avebam & paulo post voti compos factus, specimen vivum accepi, quod per biduum observavi, descripti, delineavi: Examinanti idem illico patuit, ea quæ incolæ vocant Talpas, esse Animalia generis a Talpis diversissimi, & ob dentium orisque structuram, cibique genus e solis Vegetabilibus, ad Ordinem Glirium non ad feras spectare, hosque ordines rite conjungere. Incolæ Prom. b. spei, eisdem pro Cibo utuntur et quidam inter lautia reponunt, uti idem a Viro primario edoctus fui, qui pluries hoc genere Cibi usus fuerat. Fodiunt, victus imprimis bulbi~~s~~ oxalidum variarum: cuniculi subterranei non connexi, verum hinc inde sine ordine~~s~~ aperti. Noctu vagantur, cibumque capiunt. Fœtent, pulicibus infestantur. Mordent Casu quosdam per aliquot horulas colligatos pedibus in Cubiculo reliqueram, & unus validior pedes duorum singulos præciderat. Cuniculis Campi suffosi difficultatum pariunt equitandi.

## Fossor Genus.

### Mammale Glis.

Dentes primores utrimque approximati, extra Os, positi.

2 Superiores, breviores, truncati.

2 Inferiores, prælongi, recurvi, apice oblique, scissi, truncatique.

Laniarii 0. Molares 8. in qualibet Maxilla.

Oculi minuti.

Pedes pentadactyli.<sup>22</sup>

### Fossor Capensis

Fossor auriculatus, supra, leucophæus, subtus albidus.

La Caille Journal p. 299. Taupes fort grosses.<sup>23</sup>

Desc<sup>r</sup>. Corpus magnitudine Muris Marmottæ circiter, quadratum, ponderosum.

Pilis supra e fusco pallidis, lanuginosis, basi fuscis, apice pallidis, subtus totum

Corpus ut & macula frontalis (in quibusdam) albida.

Caput conicum, depresso, Cervice crassa, brevi. Corpori junctum.

Oculi minutissimi. Auriculæ breves, apertura, subtilis conspicua. Rostrum truncatum, nares parvæ.

Os sub capite, inter dentes primores reconditum longitudinale oblongum. Dentes primores extra os positi, superiores rectiusculi Semipollicares, terram spectantes, apice quadranguli. Inferiores 1½ pollicem longi, adscendentis, recurvati, quadranguli apice oblique scissi, truncatique. Lan*i*arii nulli. Molares 16 in utraque maxilla, 8.

[fol. 24r](utrimque 4) planiusculi.

Pedes breviusculi, pentadactyli. Palmae plantæque supra pilis rarissimis, nudæ, margine setis pectinatæ. Ungues palmarum longi, incurvi, exceptis duobus exterioribus.

Plantarum vero breves, depressiusculi, obtusi.

Cauda pollicaris, undique setis longiusculis consita.

### Fossor Leucops.

<sup>22</sup> L. adds 'Auriculae vix ullaæ'.

<sup>23</sup> L. adds 'Kauw-howba. Nomen quo appellatur a Hottentottis significans *Talpam hippopotatum*, forte a dentium similitudine petitum'.

Foscor inauris helvo-griseus: rostro, maculis aurum, Oculorum, verticisque albis, fusco cinctis.

Corpus magnitudine Talpæ Europeæ vel paulo majus: oblongum, torosum, teres, brachypodium.

Caput magnum, ovatum, declive, apice truncatum, convexum. Rostrum truncatum, apicis superioribus, prominentibus, inde excavata parte truncata. Nares subrotundæ.

Os inferum, exiguum, longitudinale. Labia carnosa, lateralia.

Dentes primores extra s. ante oris aperturam positi s. exserti: labia perforantes, occursantes; superiores duo, approximati, porrecti, sub naribus maxillæ inserti, labium perforantes, cuneati, subquadrati extus convexiusculi, longitudine Rostri: inferiores duo infra Os maxillæ inferiori inserti, approximati, subascendentes, tetragoni, apice oblique scisse Laniarii nulli. Molares . . .<sup>24</sup>

Lingua . . .

Oculi minuti, nigri, macula alba cincti, maiores quam in Fosso Capensi.

Aures laterales, pone Oculos, apertura minuta; auriculis nullis (nisi cutem crassiorem subplicatam, pilis crebre consitam, pro Margine postico <auriculæ> sumere velis.).

Vibrissæ Crebre, plurium Ordinum, incurvæ inter Oculos & rostrum.

Pedes breves, pentadactyli, tarsis, insistentes; palmæ nudisculæ talis callosis magnis geminis. Digi breves, pilosi, Unguiculæ conicæ brevissimæ. Digi 2. intermedii reliquis longiores (cætera ut in F. Cap.).

Cauda brevis, teres, obtusa, pilis rarís longioribus vestita.

Pili totius Corporis, lanuginosi, molles erectiusculi.

Macula magna alba in frontem antice Angulo acuto ascendens, cingens rostrum & os; Albedo cincta nigredine. Macula parva alba cingens utrumque Oculum. Macula alia alba in ipso vertice - alia denique Macula major alba utrumque Aures cingens.

Palmæ, plantæque albo rubentes. Totum Corpus supra Coloris [fol. 25r] helvo-grisei: i.e. (e pallide luteo & pallide cinereo mixti) pilis basi fuscis.

Subtus magis cinereum. [fol. 26r]

### **Falco Serpentarius.**

---

<sup>24</sup> L. adds 'in utraque maxilla, utraque 3.

Falco (cera lutea) cera palpebrisque luteis, pedibus rubris longissimis; crista Cervicis plicatili, retricibus falcatis.<sup>25</sup>

Habitat passim ad Prom b. Spei: raro volat at velocissime alarum remigio adjutus currit. Cibus potissimum e Serpentibus quorum in omni Africa maximus proventus: eosque vehementer pede ferit, & comminutis, dislocatisque aliquot vertebris, enecat, & devorat: Corporis pedumque ideo peculiaris huic Avi a provida Natura, concessa est forma, ut Serpentibus nimiis infestam regionem purgaret, nec tamen ab eis læderetur. Incolæ Belgæ litteris eruditi hanc ob rationem voce Latina Serpentarium vocavere, quod tamen imperitum vulgus nunc in Sekretarie-Vogel detorsit. Hæc Avis certe ordinem Accipitum Grallarumque manifeste conjungit: ideoque dum primum e picturis hanc Avem noscerem inter Palamedas numerandum suspicabar; verum visa, examinataque ave, perspectisque ejus moribus, certo affirmare ausim, eam ad Falcones potissimum spectare; ni forte temere novum Genus condere velis. Duo hujus Avis viva individua, Maris ut suspicor & Feminæ, mecum ex Africa attuli; in longinquo itinere, carnibus alui. Avis territa vel irritata, cristam erigit. Vox vel Falconum pipiens vel crotali instar quasi rauca rudiens.

Corpus magnitudine circiter F. Melanaëti, sed ob Pedes longissimos multo elatius. Rostrum compressum, basi sub triquetrum apice aduncum; nigrum, basi apiceque corneolum; margine integerimum, angulo faucis usque sub Oculos extenso. Maxilla superiore multo longiore, inferiore plani<u>scula. Lingua lanceolata, subulata . . . Nares in cera ad basin rostri, obliquæ, ovatæ, amplæ, patulæ. Cera, aurea, pilis rarís atris consita, oculos includens.

Oculi medii, ampli. Palpebræ aureæ, ciliis supra infraque rigidis, validis, densis, setaceis nigris. Membrana Nictitans cærulea; Iris aurea. Vibrissæ unius ordinis, rigidæ, setaceæ, nigræ, reclinatæ. Sub oculis positæ.

Pedes longissimæ (i.e. Corpore multo longiores.) (Grallæ). Femora elongata, tecta. Genua postice nuda. Tibiæ circiter longitudine femorum, rubicundæ, graciles, compressæ, lateribus & utrimque molliter sulcatæ cute squamosa tectæ.

Metatarsus validus. Digi 4 rubicundi, squamata cute tecti. Tres antici; unus posticus membrana brevissima juncti: medius vix longitudine rostri ad Angulum faucis, exteriores 2/3 circiter medii; posticus 1/4 medii. Ungues validi cornei, rectiusculi, incurvi; posticus subaduncus. *[fol. 27r]*

---

<sup>25</sup> L. adds 'Le Messager. Buff. planches enlum. 721; A Bird from the East Indies. Edwards Phil. Trans. Vol. LXI. P. 1. p. 55. Tab. 11; Sagittarius Vosmaer. Monogr. 14.

Caput depresso: Pilis cinereo, fronte paucis pennis ochroleucis. Collum conicum, elongatum; Cervix pennis cinereis, hinc inde Ochroleucis. Crista sub reflexa, e Nucha (seu Cervicis superiori parte) pennis, rigidis, planis, nigris, divaricatis; Capite longioribus, plicatilibus, & pro lubitu erigendis. (in Minore individuo <pennæ> apice albidæ; an differentia sexus? Maris. Gula, Jugulum, Pectus, Abdomen, & Hypochondria pennis ochroleucis decompositis. Dorsum, scapulares, & Tectrices superiores Alarum omnes cinereæ (in minori individuo, circa alulam, quædam pennæ nigræ & dein apice ochroleuco-marginatæ.) Femora nigra, pennis apice pallide-rubo marginatis.

Uropygium atrum, pennis albo-fasciatis: Crissum pennis laxis, ochroleucis, nigro fasciatis.

Alæ complicatæ, ultra Uropygium extensæ. Remiges omnes atri. Alæ subtus, tectribus, ochroleucis; ultimis albis, nigro fasciatis.

Rectrices elongati, falcati, acuti, albi, nigro-fasciati, apice albo. *[fol. 28r]*

## Callæas

Avis Pica.<sup>26</sup>

Rostrum incurvatum, fornicatum, supra Mandibulam inferiorem, nudum.

Nares depressæ, semitectæ membrana subcartilaginea.

Lingua truncata, serrata, ciliata, parallela, subcartilaginea.

Pedes ambulatorii, postice carinati.

Paleare carunculaceum ad Angulum faucis.

## Callæas Cinerea

Callæas totus nigro-cinereus, ad Angulum faucis paleari orbiculato aureo. Habitat in utraque Novæ Zealandiæ Insula, ambulat humi & per Arbores et fruticeta quoque vagatur. Cantillat voce fistulari, exæstuat quoque in Arboribus simul ob murmurans. Vescitur baccis, insectis, & uti mihi relatum, parvis quoque Aviculis. Caro ejus, satis sapida.

Corpus magnitudine Corvi glandarii, totum nigro-cinereum.

---

<sup>26</sup> L. has 'Novum Genus'.

Rostrum incurvatum, validum, fornicatum supra mandibulam inferiorem; ad frontem planiusculum, nudum, atrum.

Nares depressæ in scrobiculo membranaceo: orificium narium erectiusculum, orbiculare, semitectum membrana semirotunda, subcartilaginea.

Ad Angulam faucis, paleare e Caruncula, suborbiculari, compressa, pendula, fulvo-aurea, ad ad insertionem macula subrotunda cœrulea. Lingua truncata, parallela, triserrata, serratura media acuta, reliquis duplo longiore, ciliata margine, subcartilaginea.

Oculi iride, nigro-cœrulea.

Aures amplæ, patulæ, pennis rarissimis tectæ.

Pedes fissipides, ambulatorii, macri, postice Carinati lateribus utrimque lineati, atri.

Ungues Compressi, adunci, atri, postico reliquis longiore.

Caput e fronte in Angulum faucis, & a Naribus ad Oculum pennis confertis erectis, aterritimis, Fronte emarginata.

Remiges & Rectrices nigræ. Remiges 1-3 reliquis breviores, 4-18 subæquales, pro Corporis mole mediocres.

Rectrices 12, Cauda rotundata.

### Mensuræ

Ab Apice rostri in Apium Cauda	14½	[Ab apice rostri] in unguum digitii medii	15½
Alæ expansa	18½	Rostrum in fronte longum	1¼
Rostrum ad Angulum faucis latum	7/10	<Rostrum> Ante carunculum longum	1
Ab apice rostri in medium Oculum	1 3/5	Paleare totum longum	1
Paleare latum	7/40	Pedes <cum> femoribus	7
<i>[fol. 29r]</i>			
Pedes nudi	4½	Digitus medius	1½
Unguis digitii medii	½	Rectices	9¼

Observ. 1. Hæc Avis ob structuram rostri fornicatam ad Gallinas forte esset amandanda, verum ob reliquum habitum Corporis, & ob pedes macros & figuram rostri incurvatam potius ad picas spectare videtur, & hos ordines avium connectit.

Observ. 2. Nomen Callæas huic generi tribuimus, ob duplex Καλλαιον, vel paleare carunculaceum ad Angulum faucis.

Observ. 3. Incolæ Novæ Zealandiæ hanc avem appellan Roghòk. *[fol. 30r]*

### **Certhia Cin<cin>nata.**

Coerthia tota atro-viridis nitens, pennis aliquot cincinnatis in Jugulo, tectricibus<que> penultimis alarum candidis.

Habitat ubique in Novæ Zealandiæ Insulis et ab Insulis appellatur Røgho Etoðce; & quod incolæ insularum maris pacifici vitreos globulos pro Collaribus usitatos Pòhe appellare soleant. Nautæ Angli hanc Avem the Pòhe-Bird nominarunt, quod plumæ Juguli cincinnatæ, quandam inaurium vel globularum vitreorum candidorum similitudinem habeant. Avis hæc plerumque gregaria est, vicitat insectis & florum nectare; Capta pane & sacharo & malto. Imitatrix, irrequieta, in arena pulveratur, in Aqua se lavat, pugnax, garrula, dulæ canit voce fistulari. Volatu gravi & strepero, ex arbore in arborem se proripet. Æstus impatiens. Nidificat in fructicetis. Nidus ex Virgultis minimis & muscis; ova ponit plerumque quatuor. Cibum etiam iis qui gulæ gratificari vellent, lautum delicatusque præbent.

Corpus magnitudine Circiter Sturni vulgaris, totum atro cyaneum, virentique nitens.

Rostrum subarcuatum, tenue, subulato-acutum, longum, subtrigonum, atrum.

Lingua lanceolata, apice penicillo longissimo.

Oculi Iride, obscure-fusca.

Pedes atri, elongati, macri, postice carinati.

Ungues Compressi, subuncinati, atri, postico reliquis longiore.

Sub Jugulo utrimque fasciculus plumarum cincinnatorum nutantium, elongatarum, Candidarum.

In Cervice usque ad interscapulum, plures pennæ basi decompositæ, rachi alba, apice ligulatae.

Uropygium ex Chalybeo colore nitidissimum.

Remiges 18, quarum tres primæ reliquis breviores, reliquæ subæquales, omnes atro-cyaneæ, seu ex Cha<l>ybeo-nitentes.

Tectrices penultimæ alarum apicibus candidis fasciam candidam efficientibus.

Rectrices xii. nitentes, atro cyanaeæ; Cauda rotundata.

### Mensuræ

Ab Apice rostri in externum Caudæ	11½	Pedes & femoribus	4½
“ in unguem digiti medii	11	“ nudi in Unguum digiti medii	3

Alæ expansæ	17	Unguis digiti medii	2/5
Rostrum in fronte	1	Cauda.	4½
“ ad Angulum faucis	1⅔		
a rostri apice in medium Oculum	1¼		

[fol. 30v]

## CHIONIS.

Avis Gralla

Rostrum conico-convexum, utrumque incurvum, Compressum, margine integerrimum, basi cera cornea, emarginato lacera tectum.

Nares, ovales, obliquæ, perviæ, cera cornea semitectæ.

Lingua, Cartilaginea, lanceolata, apice truncato-obtusa, basi sagittata Lacera. Palatum villis retro flexis consitum.

Facies & Orbitæ nuda, Carunculis papillosum.

Pedes tetradactyli, fissi. Callus nudus, subosseus supra alulam.

Hoc avis genus certe ad nullum generum antea notorum potui referre, itaque optimum duxi novum condere, idque mea quidem sententia proxima ad Fulicas accedit, & in Genere Grallas cum Picis & forte etiam cum Gallinas connectit. E Mari victum habet, & ni fallor ex Testaceis. Constanter in scopolis Mari vicinis intra ipsam fluctuum alluviem degit, gregatim prædæ inhians: Caro intensissime fœtet.

Ob niveum pennarum & omnis Corporis Colorem. Nomen ipsi dedi Chionis. [fol.

31r]

## Chionis Lactea.

Chionis

Habitant in Scopolis quos mare alluit. Earum uti suspicor primus mentionem injecit Bouganvilleus in Itinere, qui eas pro Procellariis habuit: sic & Pernetty in Itinere; sed certe nil cum Procellariis commune habent. Est quidem in Antarcticō mari procellaria nivea, at ea non habet rostrum corneo-rubicundum, sed potius atrum; ideoque suspicor Bouganvilleum nostram Chionidem lacteam in Animo habuisse.

Corpus magnitudine Columbae Oenadis vel paulo majus.

Rostrum conico-convexum, utrumque incurvum, lateribus compressum, apice obtusum, mandibulis aequalibus, marginibus incurvatis integerrimis. Mandibula superior dorso convexa, supra incurva, lateribus compressa, apice obtusa, margine subfalcato, integerrimo: inferior ventre convexa & incurva, lateribus sub-compressa, apice obtuso, margine integerrimo, incurvo, arcu sursum verso. Utraque Mandibulæ basi sulphurea s. virenti-flavicans: in quibusdam corneo-rubicunda (seu Colore pallido unguilarum humanorum).; dorso, ventre, apiceque *<rostri>* nigris. Cera cornea a facie ad Nares rostro incumbens, margine emarginato, lacera. (in Dorso rostri rotundata, ad Latera Dorsi angulata, dein perpendiculariter descendens ad Nares, Supra Nares oblique retrorsum in Angulam excurrit, inde rursum in Marginem usque subperpendicularis.) Lingua libera, lanceolata, cartilaginea, medio excavato-sulcata, apice truncato-obtusa; basi Sagitta-lacera, Subtusque basi frenulata. Palatum apice aliquot ordinibus (3./5.) villorum Carneorum, Conicorum rigidorum, retrorsum flexorum; postice sulco pertusum, ejusque marginibus argute retrorsum serratis. Nares ovales, obliquæ, perviæ, partim lamina ceræ corneæ tectæ. Oculi palpebris nudis, papilliosis, lacteis, in fronte emarginatis, Capita tenui fascia; inde ad Angulos dorsi rostri & usque supra Oculos, & ab angulo faucis sub Oculis, usque ad Aures protensæ.

Pedes gressorii, tetradactyli fissi granulati cœruleo fusci.

Femora semitecta. Genua nuda.

Tibiæ subteretes, mediocres. Digitæ tres antici; posticus Brevissimus, lateralis intus; medius longitudine Tibiæ. exterior medio admatus membranula, (ut in Hæmaptopede Ostalego) interior exteriori, aequalis, fissus. Unguis incurvi, obtusi, nigri, supra convexi, intus excavati (fere ut in Gallinis).

Callus subosseus, semiglobosus, nudus, lacteus, supra alulam.

Corpus undique, cum Remigibus & Retricibus pennis lacteo candidis vestitum. Alæ complicatæ longitudine uropygii vel paullo longiores: Remex 2<sup>dus</sup> reliquis longior. Remiges xxvi. Primores x. Secundariæ xvi.

Cauda rotundata. Rectrices xii. *[fol. 32r]*

### Mensuræ

Ab Apice rostri ad extremum Caudæ	15½	Pedes & femoribus	7
“ Unguis digitæ mediæ	17	“ nudi	4½

Alæ expansæ	32	Rostrum in fronte	1 3/10
Cauda	5	“ ad angulum faucis	1 4/10

[fol. 33r]

### Anas Pteneres

Anas supra cinereo-fusca: subtus, speculo, capiteque albis: callo alarum gemino nudo. Habitat in Magellanicas terris: pullos educat 4 vel 5 monogama utroque parente puleorum curam suspiciente. Ova viridia. Nidus in rupibus inter virgulta, e stramineis culmis & plumis sibi evulsis. Quum Homines hane Anatem approquinquant in Maria<n>tem: non avolat, neque ullam vidimus volantem, sed Aquam remigio alarum everberat, & sic citissime super mare fugit & pene ocius, quam aliæ volare potest. Caro oleoso-pinguis, minus sapida. Pendet ultra 16 Libras.

Corpus magnitudine inter maximas congenerum depresso.

Rostrum subcylindricum, oblongum obtusum, supra convexum, marginibus lamelloso-dentatis, (supra magis, infra obsoletius).

Mandibula superior longior, in fronte elevata, descendens, dein planiuscula. Unguis incurvus, ater, cætera Mandibula aurantiæ (in quibusdem pone Nares, macula lunata, fronti subparallelæ, nigra.) Mandibula inferior, recta plana, sulcis infra utrimque binis antrorum convergentibus; exarata; aurantia; apice nigro maculata. Lingua carnosa, medio longitudinaliter sulcata apice lobato, integro, obtuso; marginibus lateralibus transvesim sulcatis, lobulis ciliatis. Palatum rugis paucis, medio carinatum. Nares in medio circiter rostri, ovatæ, patulæ, perviae. Oculi palpebris nudiusculis aurantiis. Irides sanguineæ. Pedes 4-dactyli, palmati, aurantii supra, subtus fuliginosi. Femora tecta. Genua nuda. Tibiæ digito medio breviores. Digi 3 palmati, membrana fuliginoso-nigra, ad Articulos fuliginosi, exterior phalangibus 4, medias 3 interior 2 membrana lateralis ad Digitum exteriorem; posticus brevis, membranula postica laxa (non callo subrotundo.) instructus. Plantæ totæ fuliginosæ. Ungues nigri medius latior, major, omnes obtusi.<sup>27</sup>

Caput lutescenti-album, maculis fuscis linearibus minutis. Regio ophthalmica alba. Colli annulus sericeo-albus. Colli inferiora Pectoris antica Dorsum, Uropygium, Femora cinereo-fusca. Putorias postica Abdomen, Chrissum Ochroleuca.

---

<sup>27</sup> L. adds ‘medius, latior, maior’.

Alæ complicatæ vix Uropygium attingunt. Remiges xxvi. Secunda reliquis longis. Primores 1-10 cinereo-fuscæ. Secundariæ 1ma lamina antica cinereo-fusca; margine apice & lamina interiore alba. 2da basi laminæ Anticæ macula cinereo-fusca, cæterum alba. 3-10 albæ 12-16. cinereo-fusca. Tectrices omnes cinereo-fuscæ.

Cauda rotundata. Rectrices xx. cinereo-fuscæ. [fol. 34r]

(Femina.) Capite & collo, cinereis, sic & reliquæ cinerea at magis fuliginosa ac in Mare. Regio Ophthalmica alba Reliqua Corporis alæ & cauda ut in Mare. Totum Corpus aliquanto minus ac Maris.

#### Mensuræ

Ab apice Rostri ad externum Caudæ	30	Pedes & femoribus	11½
“ Ung. digit. medii	34	“ nudi	8
Alæ expansæ	42	Rostrum in fronte	2½
Cauda	4½	“ ad angulum faucis	2 9/10

[fol. 35r]

#### Sterna Serrata.

Sterna cauda forticata, Corpore supra nigro, subtus, fronte, extremisque rectricibus albis.

Habitat in vicinia Novæ Caledoniæ, prope Syrtes & brevia, sclopeto interflecta.

Corpus magnitudine circiter Stemæ hirundinus, vel paulo majus.

Rostrum longitudini Capitis, paululum arcuatum fronte emarginatum auctum nigrum.

Mandibula utraque æqualis <margine> serrata. Lingua cartilaginea, acute apice bifido, rostro aliquanto brevior. Nares oblongæ. Oculi Iride fusca. Pedes nigri, tetra<da>ctyli, Digitis tribus palmatis postico brevi. Ungues atri, adunci, medio intus dentato serrato.

Corpus supra; Lora pennata & cervicis linea, nigra. Frons, Genæ, Gula, & Collum excepta linea Cervicis. Pectus, Abdomen, Crissum candida.

Alæ complicatæ longitudine rectricum. Remiges xxvii fusco-nigræ prima longissima, rachides fuliginosæ. Alæ subtus cinereo-fuliginosæ.

Cauda. forficata. Rectrices xii nigræ, extremæ utrimque albæ, apice laminæ interioris fusco. Subtus cinereo fuliginosæ.

#### Mensuræ

Ab Apice rostri ad extremum Caudæ	16 $\frac{1}{4}$
“ ad extremum Unguam digitii medii	11 $\frac{1}{4}$
Alæ expansæ	34
Cauda	6 $\frac{1}{8}$
Pedes & femoribus	3 $\frac{1}{2}$
Rostrum ad Angulum faucis	2 $\frac{1}{4}$
“ in fronte	1 5/8

Observatio. Hæc Avis videtur connectere Pelicanos cum Sternis. [fol. 36r]

### Aptenodytes hypnerotia.

Genus Aptenodytes

Avis Anser.

Rostrum rectum, læve compressiusculum, cultratum: Mandibula superior apice incurva, longitudinaliter oblique sulcata; inferior apice truncata.

Nares lineares, parvæ, in sulco rostri.

Palatum & Lingua obsita ordinibus aliquot villorum, retrorsum, flexorum.

Pedes compedes, tetracycli, palmati. Digitis omnibus anticis, postico separato, tertio s. interiore membrana laterali aucto. Talus s. calcaneus torosis.

Alæ pinniformis, tectæ membrana<sup>28</sup> pennisque minimis appressis, absque ulla remigibus.

Hoc Genus Orbi notio proprium, ati Alcæ borealibus regionibus. Alcæ omnes quod sciam, habent remiges; at nostræ omnes habent alas pinniformes, irisque pro remigio utuntur, imprimis sub Aqua. Pedes Alcis omnibus sunt tridactyli; Aptenodytes tetracycli, tribus digitis palmatis, quanto breviore distincto, & membrana lateralis ad marginem interiorem digiti tertii interioris constanter decurrit. Digi sunt validi & planta pedis postice aucta talo s. calcaneo toroso, membrana scabriuscata tecta, quo melius firmusque in luges alluvie maris lubricas & glacium efundere & locis acclivibus stare possimit.<sup>29</sup>

Pennæ per totum corpus sunt singularis structuræ. Cuilibet pennæ in ima ejus parte adhærunt plumula laxa, mollissima. Pennæ rachis est compressa, plana, extus concava; ex ea procedunt bifariam radii, paralleli, itidem at laxe pinnati: in ipso apice pennæ

---

<sup>28</sup> L. adds 'dilatata'.

<sup>29</sup> This paragraph and the following largely rewritten by Lichtenstein.

radii nonnisi dimidia sui parte sunt pinnati: in ipso apice pennæ radii nonnisi dimidia sui parte sunt pinnate, & in ipsa extremitate excurrunt in setas instar serici splendentes; unde omnes hujus Generis aves quasi sericeo amictu uluent. Pennæ sunt breves: validæ, confertissimæ, corporique appressæ, adeo ut universæ superficiem efficiant mollisimam, maxime lævem, & ita compactum ut omnem excludant Aquam. Quod imprimis necessarium fuit in hoc genere. Si quidem constanter in Mari sape tempestuoro vitam agunt Aptenodytæ, immensa oceani spacio nando træjicientes; & constanter usinantur. Peculiare iisdem quoque magna spatia sub unda emitiri; dein emergunt subsultim, et quasi jaculatione se ex Aqua proripientes, illicoque rursus Capite primum, & toto dein Corpore salum subeunt. Gregatim vicitant. Tempore deplumiationis & nuptiarum petunt terras mari vicinos, & tum maxime sunt escendent & excercitus instar erectæ procedunt & stant. Nidus in Terra, vel in Cuniculis subterraneis. Ova singula, ampla. Homines necquam formidant: Appetitæ tamen fugiunt: se fugæ nullus fuerit locus, morsu vehementi pedes appetunt. [fol. 37r]  
Aptenodytæ hactenus cognitæ omnes hemisphærio antarctico. Sunt propriæ et optime sunt dispescendæ in Cristatas & alophas vel nulla crista instructas. Primum in Novæ hollandiæ parte australi, alter Navarchus <Furneaux> repererat Aptenodytem cristatum, cuius exuvias siccatas secum attulit ex quibus Descriptionem delicationemque fecimus, & <camque> Aptenodyten chrysocomen appellavi, cuius igitur differentia specifica sic erit exprimenda. A. crista gemina auriculari deflexa sulphurea. Bougainvilleus aliam cristatum ad Insulas Falk[il]andias habitantem describit, gregariam minorem hypernotia,<sup>30</sup> subsultim procedentem, agilem, saturate luteam? crista aurea quam erigit subirata, palpebus luteis: forte hæc est eadem nostra chrysocome vel etiam distincta species, verum ex Illustris peregrinatoris descriptione obscura id non liquet. Inter Alophas quarum plures novimus, primum, in censum venium illæ quæ Characteres habent illico obvios omnibus: & tum igitur ob ingentum molem & auream maculam Aurium nostra hypnerotia primum\_occupat locum. Ejis Ditto. Spec. sic forte exprimenda. A. macula panioyica aurea, rostru pedibusque nigris. Proxima erit A. nostra magellanica. fasciis duabis albis; una includente Oculos, altera pectorali in femora descendente, rostri nigro, pedibus rubicundibus. Hanc excipiet A. demersa, quam Linnæus puperam inter Diomedeads locaverat. A. Supercilis fasciaque pectorali ad Pades descendente, costro pedibusque nigris.

---

<sup>30</sup> L. substitutes 'patagonica'.

Sequitur ordine nostra Antarctica, linea-gulari-nigra, rostro atro, pedibus rubicundis. Duæ postremæ vix nisi magnitudine inter se ipsas differunt et Colore pedum & rostri, quæ in auxilium vocare nec necessarium duxi, quum revera sint constantes satis characteres in hoc genere & partim species distinguant A. Catarracteres est Linnæi Phaëton demersus, quorum hæc Avis nil commune habet, ejus vero nomen specificum adhibere non potui, quum eadem jam in A. demersa sim usus: retinui igitur Brissonianum nomen Catarractes est vero ea: capite fusco, rostro pedibusque rubriis: A nostra minor est postrema & sic a reliquis distinguenda. A rostro nigro, pedibus albidis; si sunt aliæ & ab his diversæ, ea facile poterunt a nostris dignosci.

#### Aptenodytæ

##### A Cristatæ.

1/ Aptenodytes chrysocome, crista gemina auriculari deflexa sulphurea.

##### B. Alophæ.

2/ Aptenodytes hypnerotia, macula parotica aurea, rostro pedibusque nigris.

3/ Aptenodytes Magellanica, fasciis 2.bis albis, una includente Oculos, altera pectorali in femora descendente. rostro nigro pedibus rubicundis.

4/ Aptenodytes demersa, superciliis fasciaque pectorali ad Pedes descendente rostro pedibusque nigris.

5/ Aptenodytes antarctica, linea Gulari nigra, rostro atro pedibus rubicundis.

6/ Aptenodytes catarractes, Capiti fusco, rostro pedibusque rubris.

7/ Aptenodytes minor, rostro nigro, pedibus albidis. [fol. 38r]

#### Obs.

Aptenodytes nomen inditum huic Generi ab & privativo & ιη\*αμαη, unde απτην volare nesicens. & a voce δυνω, ut δυτηζ τρωγλοδυτηζ ψαμμοδυτηζ & in nostra voce Απτηνοδυτηζ urinatrix avis, volare ne sein quod utrumque in eam quadrat.

#### Aptenodytes hyp[n]erotia

Aptenodytes macula parotica aurea, rostro pedibusque nigris.

Bougainville Voyage autour du Monde. Pinguin Second.

Nemo quod sciam ante illustram Bougainvilleum hujus avis mentionem fecit, et ea quæ ipse de nostra Aptenodyte scribit sunt admodum manca & obscura. Nos primi quod sciam, quædam ructiora, certiora quæ de universo genere *<cum>* orbe erudito communicare potuimus, quoniam sex ad minimum species vidimus. Scio equidem Clarissimum & Generosum Pennantium Actis Anglicis inseruire quædam de toto genere cum ageret de Penguin Patagoniis quem describit, at eum volumen 58rum nunc non sit ad manus, nec post trium annorum navigationem memoria teneam, quæ de variis speciebus summus Amicus noster & summus Zoologibus scribat: satius erit haic ita rem hancæ tractare, ac si a nobis ignorarentur quæcumque ante nos sint scripta; quia revera ea omnia ignoramus & ingenere ignorantiam fatemur, facili alias corrigendo enore quum in patriam enimus reduces facti. [=] <sup>31</sup>

Aptenodytes nostra maxima forte congenerum est. In Insulis Falklandicis & Georgia Australi<sup>32</sup> habitat. Quas ibi vidimus, in rupibus ad littora Maris stabant, hinc inde 4 vel 5, imo 10 etiam vel 12 in uno grege reperiebantur. Medio Januarii vel quod excurrit *<erant>* maxime obesæ, adeo ut vix de Via hominibus Phocisque decederent. Hoc quoque illis erat Tempus deplumationis, quod non observavimus, quam postquam in navem reduces eramus facti, nam ex 12 a nobis allatis vix unius exuvias servare potui, reliquarum pennis omnibus defluentibus. A nobis sunt comesæ, cum Magellanica & Antartica. Stant in Terra, statura, erecta; nantes uninantur, Vox pauca. Quælibet circiter 40 libras pendit.

Corpus maximum ac Maxime obesum inter congeneres.

Rostrum maximum c maxime obesum inter congeneres.

Rostrum capite longius, lateribus compressum, carinatum, subulatum, subarcuatum mandibulis æqualibus; superior atra, in fronte angulo acuto, ad Nares pennæ descenderunt in angulum acutum: sulco a naribus ad apicem fere exarata: inferior basi rubra, apice atra. Lingua brevis, conica fraenulata, villis retrorsum flexis 5 ordinum, consita. Palatum antice sulcatum, postice consitum 7 ordinibus villorum carnosorum, Conicorum, retrorsum flexorum. Oculi Iride avellanea.

Pedes compedes, palmati, 4-dactyli, validi, breves, atri cute granulosa tecti. Femora Corpore immersa. Tibiæ vix exsertæ. Digi 3 [fol. 39r] membrana fuliginosa juncti; 3ius interior membrana lateralí acutus. pollex s. posticus lateralis brevis, remotus

---

<sup>31</sup> This paragraph seemingly omitted by Lichtenstein.

<sup>32</sup> L. adds 'et novae Guineæ insulis'

membranula auctus. Calcaneus tuberculatus &c. Ungues obtusi, validi, compressi, semicylindrici, atri.

Caput atrum: pone Aures macula croceo Aurea, ovato, excurrens in lineam subgularem, atra linea utrimque cincta. Gula atra in pectore sub gula crocea-aurea linea, nigro colori abrupte contermina & ex ad verso colore aureo in album sensim diluto. Cervix, Dorsumque supra cæruleo-cana, infra dorsum & uropygium nigrum. Pectus, abdomen & Crissum sericeo candida.

Alæ pinniformis, supra cæruleo-canæ. Subtus candidæ et in apice Macula oblonga Nigra, Margo inferior paginæ Superioris albus.

Cauda cuneata, acuta. Rectrices breves, rigidissimæ, circiter xxvi vel xxx.

#### Mensuræ.

Longitudo Avis erecte Stantis a vertice ad Calcaneum	36	Alæ expansæ	29
------------------------------------------------------	----	-------------	----

[fol. 40r]

#### Raja edentula.

Raja Corpore glabro, aculeis duobus hamatis in Cauda pinnata longissima.

Margr. brasili. l. 4. p. 175. 176. Narinari pinima.

Willoughby icth. p. 66.

Lusitanis Raja Belgis Pylstaert; Brasiliensibus Narinai-pinima; Otahaitiensibus, E. whài.

Habitat in Mari Brasiliensi & in pacifico alluente Insulam Otahitee <& Jannam> aculei hamati venenati, ideoque ab incolis illico postquam captus est Piscis, eveluntur; inter dapes incolarum Otahaitensium non ultimus Piscis. In Atlantico ad magnam excesscit molem in pacifico nonnisi minorem vidi.

Corpus rhombeum, nudum, glabrum, depresso, dorso medio convexiusculum, Supra Colore plumbeo s. ferreo, maculis albis rotundis (magnitudine pisí) aspersum, subtus album, cauda nigra.

Caput corpore angustius, subtrigonum, rostratum, obtusum, medio supra sulco longitudinali lato exaratum <Os Rictu> infiro, transverso, parvo: Rostrum depresso, cartilagineum, obtusum, mediocre, Margine lateribus revolutis. Labium inferius rectum, transversum, ad Angulos incisum utrorum versus, superius bilobum, medio

divisum ad Palatum frænulatum, margine crenatum, lateribus rotundatis: ad incisuram lateralem sunt duo lobuli in Orificio sinus rostrum antrorum intrantis, unus utrumque. Dentes inferiores, ossei, figura spatulata conjunctim; at discretim ex Ossibus pluribus lunatis, imbricatis, membrana conjunctis, superioribus, multo longiores. Superiores quoque ex Ossibus pluribus imbricatis ac membrana conjunctis, latioribus quam ossa dentium inferiorum. Lingua nulla. Oculi laterales, remoti, prominuli, parvi. Pupilla perpendicularis <ut in Fele Cato> oblonga, nigra: Iris flava. Nares nullæ, sed adest pone oculos foramen ovale amplum, per Capitis medium pervium, infra cum Ore connexum per Orificium valvula, vel lobo tectum. Spiracula 5 utrumque in parte prona Pectoris, figura littera .S. recta, membranis margine crenatis. Anus inter Pinnas Ventrals, amplus. Vulvæ geminæ, parvæ, inter P. Ventrals, pone anum. Cauda longissima, attenuata, teres, ter Corpus longitudine superans. Spinæ geminæ, pone P. D. in Cauda vicinæ, subæquales, utrumque hamatæ, seu biserratæ, serraturis hammatus, acutissimis.

Pinna Dorsalis caudalis, in ipso initio caudæ posita brevis, radiis, circiter 16 <vel 18>

[Pinnæ] Pectorales laterales, horizontales, maximæ, apice, falcatae, margine extimo crenatae, radiis numerosissimus ultra 140, duobus semper unam crenatum occupantibus.

[Pinnæ] Ventrals terminales, inferæ, oblongæ, subquadratae, apice crenatae, radiis 18 vel 20; radiis singulis crenaturam occupantibus. [fol. 41r]

### Mensuræ.

Ab init. Rostri ad initium Cauda	11
A pinnæ pectoralis angulo extimo trans piscem, ad Angluam oppositum	20½
Cauda	35
Caput longum, a rostro ad finum aperturæ foramenis pone oculos	3½
“ latum ad initium P. P.	3½

### **Blennius fenestratus.**

Blennius radiis superciliorum simplicibus, dorso tripenni, pinnis omnibus maculis fenestratis.

Habitat in Insula Australi Novæ Zealandiæ, inter Saxa ad ostia rivulorum aquæ dulcis: locis æstu Maris rigatis. Omnes Blenniorum species, quas in Nova Zealandia cepi, imprimis inter Saxa latitabant & a me sunt captæ in Scrobibus aqua plenis, æstu recedente; unicus B. varieus, aomo captus, in littore saxoso: mirum unicam insulam tot continere species hujus piscis: Nullus quoque dubito, quin reliqua [Nova] Zealandia, plures Blenniorum species habeat, sed a me non repertas ob breve Tempus, & quod tantum duos portus attigerimus.

Corpus subcathetoplateum, lanceolatum, squamosum, obscure olivaceo-fuscum.

Caput sub-conicum, compressiusculum, obtusum: læve: pinnulis utrimque duabus, prima postica, in superciliis posita, rhombea supra truncata, integra. Secunda antica, duplo minor, ante Nares posita, cirriformis, apice fimbriata.

Labia retractilia, crassiuscula, superiore & inferiore membranis retro revolutis.

Maxillæ & palatum denticutis minutis confertis. Nares utrimque binæ, supra canthum anteriorem Oculi. Oculi prominuli, iride fusca-virente, pupilla cæruleo-nigra, annulo aureo cincta. Operculum branchiarum superiorius læve, torosum; inferius læve, desinens ad Nucham in Membranam & radicos duos flexiles.

Membrana branchiostega, radiis 6. inferis, arcuatis, semitectis.

Linea lateralis primum summa, ab initio aperturæ branchialis, parallela; dein descendens, circa finem pinnæ 2<sup>dae</sup> dorsalis: denique media recta usque in Caudam.

Anus Capiti vicinior quam caudæ.

Pinnæ omnes olivaceo-fuscæ, membrana opaca, fenestrata, amictæ.

[Pinnæ] Dorsales I<sup>ma</sup> inæquales 3 angularis, antice alta postice declivis radiis 4 simplicibus, indivisis; Macula 1 rhombea fenestrata 3/4. II<sup>da</sup> radiis 10 subæqualibus simplicissibus indivisis, <ultra membranam> porrectis: maculis 3 fenestratis ovalibus 4/5. 7/8. 10/0.

III<sup>ia</sup> declivis, radiis 13 simplicibus indivisis: maculis 2 fenestratis, oblongis 4/5. 9/10.

[fol. 42r]

[Pinnæ] Pectoralis rotundatae, radiis 11. simplicibus: indivisis: macula nivea opaca ad basin radii 4 & 5. Macula fenestrata continua 1-6. & alia rhombea discreta in Apice 6/7.

[Pinnæ] Ventrals radiis 2 digitatis muticis, ut in Blenniis omnibus.

[Pinna] Analis radiis 24 simplicibus, indivisis, maculis 12 fenestratis ovalibus ad basin 3/4 (5/6 6/7) (8/9 9/10) (10/11 12/13) (14/15 15/16) . 18/19 . (20/21 21/22).

[Pinnæ] Caudæ truncata radiis 12 dichotomis; maculis pluribus magnis, fenestratis, subcontinuis.

### Mensuræ

Longitudo totius Piscis, cum Cauda	5½
Latitudo circa anum	11/8
Caput longum a rostro in Pinnam pectoralem	1¼

### Harpurus

Piscis, Thoraci<c>us, Acanthopterygius.

Corpus ovatum, cathetoplateum, squamosum.

Caput descensu præcipiti. Rostrum elongatum terminale. Dentes in utraque maxilla contigui, planiusculi, æquales, rigidi, unius ordinis: (nec setacei). Apertur Branchialis lateralis.

Membrana Branchiostega radiis 4 seu 5.

Pinnæ dorsalis & Analis longitudinales nudæ, fere semper pictæ seu colorata. (nec Carnosæ ac adeo squamosæ ut in Chætodonte.)

Spinæ laterales ad Cauda, utrimque una vel plures.

Novum hoc Piscium genus, cuius quædam Species inter Chætodontes numerabantur, utique ab is distinguendum censui. Nostri enim Harpuri habent Dentes uno ordine dispositos, planiusculos, apice truncatos, contiguo, æquales: nec ut in Chætodontibus setaceos, flexides, confertissimos, numerostimos. Hi præterea habent Pinnas dorsales analesque camosas & squamosa, illis vero hæ pinnæ sunt nudæ, membranaceæ.

Apertura branchialis in nostro Genere constanter est lateralis & admodum parva fere ut in Balistis esse solet: at in Chætodontibus plerisque hæc Apertura a lateribus in gulam est extensa. At spinæ laterales ad Caudam nostri generi sunt proprie: verum in quibusdam utrimque ut singula, mobilis intra simulam longitudinalem utractilis, proque lubitu expansilis: in aliis vero adsunt duo utrimque Aculi, sulcati, immobiles, validi; basi expansa, lata, robusta, scutiformi, sub linea laterali caudæ affixi, unus post alterum. Hasselquistius primus unicam ejus Speciem, Cairi <e> rubro mari allatam, vide<r>at, egregieque descripserat. Artediis alios duos inter Sebæ cimelia viderat, et inter Chætodontes retulerat, in qua re & ipsum Illustris Linnæus sequutus est: & alium tertium eidem generi addidit. Verum satis superque elucet ex supra dictis, quantum a

Chætodontibus differant. Optimum itaque duximus omnes hujus Generis Pisces colligere, unoque Nomine Harperos vocare ob spinam Caudæ ensatam seu falcatum.

Harpuri spinis lateralibus ad Caudam.

a/ Expansilibus.

1	Harpurus nigricans	Chætodontes	Chætodon nigricans.
2	" lineatus	Linnæani	" lineatus
3	" fasciatus		" trirostregus
4	" guttatus	Nova Species	

b/ Falcatis immobilibus.

5	" "	lituratus.	Hasselquist. itin. 332
6	" "	Monoceros.	Nova Species.

c/ Nullis

7	" inermis.	Nova Species
---	------------	--------------

### **Harpurus Nigricans.**

Harpurus Cauda, subfalcata, spinis dorsalibus 8. caudalique utrimque recumbente mobili, macula suboculari rhombea alba.

Linn. Syst. Nat. 462 No. 10. Chætedon nigricans.

Artem. Spec. 90. Chætodon nigrescens, cauda albescente æquale utrimque aculeata.

Seb. Mus. tom. 3 ~~Aeuleata~~ tab. 25. f. 2 & 3.

Habitat in Mari alluente Insulas Maris Pacifici Tropicas & Otahaitensis appellatur Maito, reperitur etiam ad Insulam S<sup>tae</sup> Helenæ Maris Atlantici.

Corpus ovatum, cathetoplateum, squamosum, atrum.

Caput obtusum, rostratum, descensu, præcipiti, squamosum. Os rictu parvo, obliquo, rostrato. Rostrum mediocre deflexum. Maxillæ parvæ, labiatu, denticulatæ, mobiles, terminales, inferæ. Labia membranacea, mobilia. Dentes in utraque Maxilla, minuti, æquales, apice truncati, serratique, planiusculi, rigidi, unius ordinis: in Palato nulli.

Lingua nulla. Nares geminæ, postremæ, remotæ, vicinæ, ovales, anticæ majores.

Oculi supremi, portici, vicini, protruberantes, globosi, semitecti membrana annulata.

Pupilla nigra, Iris fusca, margine interiore aureo. Opercula branchialia, diphylla,

flexilia, sub-arcuata, squamosa, parva. Membrana branchiostega 5 radiata, vix patens, lateralis. Apertura branchialis lateralis; arcuata, parva, operculata. Branchiae laterales; retroactae, operculatae, pectinatae extrorsum, aculeatae introrsum.

Gula minima. Thorax amplus, subventricosus arcuatus.

Dorsum monopterygium, arcuatum. Linea Lateralis suprema, curva, descendens, obliterata, laevis, dorso sub-parallelia, in Cauda recta. Anus [fol. 44r] medius, flavus.

Cauda compressa, muricata spina valida, <laterali> flava, antrorsum apice, spectante, recondita intra rimulam longitudinalem, iterumque horizontaliter expansili. Squamæ imbricata, sub trigonæ, minutæ, confertæ, serrato ciliatæ. Macula alba rhombea sub oculis utrimque & fascia alba rostrum fere cingens.

Pinna Dorsalis longitudinalis, composita, arcuata, adscendens, vix squamosa inter Radios: tota fusca, margine extimo cæruleo, interiore ad Dorsum linea flava, postice dilatata in Pinna in Maculam subcaudalem. Spinis 8. radiis 31. dichotomis.

[Pinna] Pectorales inferæ, mediocres, subtrigonæ, atræ. radiis dichotomis. 16.

[Pinna] Ventrals thoraci<c>æ, approximatæ, divaricatae, rotundatae, mediocres, atræ: margine antico & postico cæruleo, Spina 1 brevi, radiis dichotomis 5.

[Pinna] Analis longitudinalis, composita, arcuata, adscendens; vix squamosa inter radios; tota fusca, margine extimo cæruleo, interiore ab Abdomen linea flava, postice in pinna dilatata in Maculam subcaudalem. Sp. 2. radiis dichotomis 29.

[Pinna] Caudalis integra, lateribus subfalcatis: alba ante apicem flavo-fasciata: radiis dichotomis 12. & Simplicibus adminiculis utrimque 5.

### **Harpurus lituratus.**

Harpurus Cauda bifida, spinis dorsalibus 6, aculeis Caudalibus falcatis fixis utrimque duobus.

Hasselquist, itin. 332. Chætodon (maris rubri) aculeis in utroque lateri ad Caudam duobus.

Habitat in Mari alluente Otāh<a>itee Insulam & in Mari rubro ab incolis Otahaitensibus appellatur Epārāhà.

Hasselquistii Descriptio optima, & completa, nec ei quicquam præter Colores deest, quos in specimine sicco frustra quæsierit. Piscis totus ater. Linea ellyptica utrimque Capitis; pinna Pectoralis & margo exterior caudæ viridia. Os & Labia, aculei falcati cum basibus scutiformibus quibus Corpori affiguntur, & pinna Analis flava: Margo interior & extimus Pinnarum Dorsalium & Analis cæruleis. [fol. 45r]

## **Perca Polyzonias.**

Perca pinnis dorsalibus unitis, radiis spinosis 10, muticis 15; cauda bifida, corpore sulphureo fasciis 4 longitudinalibus cælestibus.

Habitat in mari alluente Ins. Stae. Christinæ s. Wāitāhu, Oliatea, Bolabola & Otahaitee, ubi Tāape ab incolis vocatur.

Corpus cathetoplateum, oblongum, squamosum, supra sulphureum, abdomine albido striis longitudinalibus, 4 cælestibus: prima a Margine superiore Oculi ad medium baseos Pinnæ dorsalis spiniferæ. 2<sup>da</sup> a medio circiter Oculi per angulum apert. branch. & inde ad basin primorum rad. Muticor: pinnæ dorsalis; 3<sup>tia</sup> a superiori parte apert. branch: ad postremum baseos P. D. 4<sup>ta</sup> Orta circiter Lab. Superius, Sub oculo, Supraque P. P. ad medium fere caudæ ducta.

Caput cathetoplateum, corpore angustius, squamosum. Os rictu horizontali, obliquo. Rostrum acutangulum, maxilla superiore longius.

Maxilla superior brevior, extractilis, dentata. Labia carmosa. Dentes in utraque maxilla & Palato; in maxillis subulati, breves sparsi. Palatum denticulis minutis.

Nares utrimque geminæ, mediæ remotiuscula, anticæ minores, rotundæ; postice majores, ovatæ. Oculi supremi, proportionales, approximati. Iride argentea-flava.

Lingua parabolica, parva, subcartilaginea. Opercula branchialia 3-phylla, ossea squamosa. Lamina antica serrata, emarginata, infra rotundata ac dentato serrata.

Postica supra basin P. P. excurrente in membranam acuminatam, impositamque ei spinam, adpressam, planam. tertia, ima, angusta, supra ad Commisuram cum postica, tuberculo osseo notata; recipiendo intra emarginaturam laminæ anticæ. Membrana branchialis 7-radiata. Apertura branchialis lateralis-gularis, operculata, ampla, arcuata. Branchiæ vicinæ, operculatæ, laterales, & gulares; extus ciliata; intus aculeatae.

Dorsum arcuatum, monopterygium; Abdomen subrectum. Linea lateralis, supera, Curva, parallela. Anus posticus. Cauda angusta, compressa, squamæ, minutæ, imbricatæ, confertæ.

Pinna Dorsalis longitudinalis, unita, composita, parte spinosa alternatim plicatili, ac intra foveolam recondenda; spinis 10; radiis dichotomis 15.

[Pinnæ] Pectorales acuminata, imæ, mediocres, radiis 16.

[Pinnæ] Ventrals breves, rotundatæ, compositæ. Spina 1. rad. dichot. 5.

[Pinna] Analis inæqualis, composita, spinis 3. prima brevi, 2<sup>da</sup> reliquis longiore: tertia media, <at> minore radiis dichotomis 8.

[Pinna] Cauda bifida, radiis 14.

Omnes Pinnæ flavicantes.

Longitudo 9 unc: Latitudo 2 $\frac{1}{8}$ .

### Atherina Menidia.

Atherina pinna Dorsali solitaria, ani radiis xviii.

Brown Jam. 441. t. 45. f. 3. Monidia Corpore subpellucido.

Gronov. Zooph. 350. Argentina linea lata argentea in lateribus.

Habitat hic Pis<ci>culus in Mari alluente Jamaicam & ad insulas Tropicas maris pacifici: quarum ab incolis appellatur Anàhou, & crudus ab eis comeditur; nec is quidem, gustatus a nobis, saporis fuit ingrati sed potius inter delicias numerandus.

Clarissimus Linnæus male Characterem Atherinæ fluviatilis carolinensis <cum> nomine Menidiæ apud Brownium conjungit. Sunt enim toto cœlo diversi pisces. Noster & Brownii unicam habet pinnam dorsalem, Carolinensis binas. Membrana branchiostega in Carolinensi 6 habet radios, Menidia nostra xii. Pinna Analis Menidiæ est radiorum xxviii, at in Carolinensi xxiv. Nostra est edentula, Carolinensis dentata. Squamæ in Carolinensi specie sunt nigro-punctatæ, in Menidia laxæ, amplæ, argenteæ facillime deciduæ. Ut taceam Carolinensem reperiri in aquis dulcibus, Menidiæ vero mare inhabitant.

Doctissimus Brownius, observante Gronovio l.c. omisit P. V. quas in Nostris Speciminibus, utique observavimus: cæterum Brownii Descriptio & figura est optima.

Linnæi differentia specifica & Descriptio pertinet ad Atherinam fluviatilem,

Synonyma ad Menidiæ spectant; ideo & novam differentiam specificam condidi.

Corpus lanceolatum, oblongum, subcompressum, pellucidum, squamosum.

Caput supra plani<u>sculum, medio linea longitudinali elevata; præterea & adsunt, duæ aliæ lineæ elevatæ, supra Oculos. Os Rictu infero, obliquo, edentulo. Maxilla superior fornicata supra inferiorem, eaque longior, lateralis, ad Angulum faucis mobilis: inferior acuta, minor, inclusa. Dentes nulli. Lingua Cartilaginea, ampla, frænulata, apice acuminata. Nares superæ, anticæ, solitariæ, in Scrobiculo capitis.

Rostrum acutiusculum. Oculi ampli, antici, superi, Iride Argentea. Opercula branchialia 3-phyllo, nuda argentea. Membrana branchiostega infera, gularis, radiis

xii. Apertura branchialis lateralis & gularis. Branchiæ 4, arcuatæ, extus ciliatæ, intus aculeatæ. Dorsum & Latera convexiuscula. Anus sub pinnæ dorsalis medio. Linea lateralis recta, media, lata, argentea. Squamæ amplæ, laxæ, argenteæ, facillime deciduæ.

Pinna Dorsalis solitaria, pone *Æquilibrium*, triangularis radiis 13.

[Pinnæ] Pectorales imæ, (cum squama stricta, mobili, longitudinali, supra pinnam adjacente.) radiis 12.

[Pinnæ] Ventrals abdominales, radiis 6.

[Pinna] Analis radiis 18.

[Pinna] Caudæ bifida, radiis circiter 18. *[fol. 47r]*

### **Mugil Cirrostomus.**

Mugil labiis, cirroso-villosis, radiis branchiostegis 5.

Habitat in mari alluente Insulam Otahaitee.

Corpus elongatum, lanceolatum, squamosum glabrum, argenteum. Dorsum plumbeum, squamæ reflexæ vittas quasi fus<sup><ces></sup>centes in lateribus formant. Macula nigra ad basin Pinnæ pectorates & Nucham.

Caput obtusum, plagiophlatum, mediocre, squamosum. Os Rictu terminali, flexuoso, mediocri. Rostrum obtusum, plagioplateum, subrecuum, breve. Labium Superius amplum, carnosum, circa rictum cirris seu villis confertissimis, reflexis, apice scabritie villosa fimbriatus: inferius introrsum carinatum *[insert from fol. 46v]* <Ossicula tuberculata ad carinam & imum rictum> Maxilla superior extractilis, utraque edentula, ampla <Linea vix> ulla, apice scabra denticulis, minutissimis, confertis. Palatum glabrum, edentulum. Nares geminæ utrimque mediæ, remotæ, anticæ ovatæ, parvæ; posticæ transversim oblongæ amplæ. Oculi supremi, remoti, rostro orique vicini, convexi, globosi, ampli, membrana annulari semitecti. Pupillâ nigra, Iride argentea. Opercula branchialia Squamosa, subossea, libera, glabra, argentea. Membrana branchiostega 5-radiata, tecta, gularis, ampla. Apertura branchialis gularis et lateralis, arcuata ampla, operculata. Branchiæ 4 vicinæ, æquales; extus ciliatæ, intus tuberculatæ.

Gula operculis condita. Dorsum Rectum, dipterygiam, convexum. Thorax & Abdomen plano-convexa. Linea lateralis oblitterata. Anus posticus, amplus. Cauda

compressa. Squamæ imbricatæ, flexiles, amplæ, glabræ, semiorbiculatæ; antice rotundæ, membrana marginatæ, postice truncatæ.

Pinnæ Dorsalis

I<sup>a</sup> 4-Spinosa, media, declinata.

II<sup>a</sup> 9-radiata, arcuata introrsum.

[Pinnæ] Pectorales superæ, mediocres, subfalcatae radiis 16 dichotomis.

[Pinna] Ventrals abdominales, declinatae, sub-approximatae radiis 5 dichotomis.

P. P. & V. habent, adjacentem supra squamam lateralem, trigonam, strictam.

[Pinna] Analis postica, arcuata introrsum radiis 9 dichotomis.

[Pinna] Caudæ bifurca, radiis circiter 17. dichotomis.

Pinnæ omnes: exceptis Ventralibus, fusco-plumbeæ.

Mensura

Longitudo totius Piscis                    19 unc.

[fol. 48r]

**Clupea Setipinna.<sup>33</sup>**

Clupea radio postico pinnæ dorsalis setaceo longo; membrana branchiostega radiis xxiv.

Habitat in Tanna Insula, hamo capta in Aqua stagnante dulci, vix xx passuum spatio a mari, & littore arenoso interjecto; adeo ut certe marinus sit piscis, sed forte æstu vel Vento tempestuoso mare ultra limites & littore deferente in hoc stagnum conjectus: veletiam alio Casu eodem delatus: Inter hunc nostrum Piscem & Clupeam Thrissam. Linnæi quædam intercedit, affinitas; at Membrana branchiostegam nostro Pisce xxiv radiorum, in Linnæano v vel vii.

Corpus oblongum cathetoplatum, squamosum, argenteum, dorso nigrescante, lateribus infra Lineam lateralem punctis minimis nigris irrotatum. Squamæ amplæ suborbiculatæ, margine Membranaceo, argenteæ.

Caput deltoideum, Crassitie corporis, alepidotum, lucidum, supra nigrescenti-argenteum. Os Rictu medio, obliquo, arcuato, mediocri. Rostrum breve, subobtusum.

---

<sup>33</sup> L. calls it 'Clupea cyprinoides'.

Maxilla superior plagioplatea, denticulata; inferior longior, denticulata, mobilis, postice margine elevato. Dentes in maxillis, Lingua, palato, & faucibus minutissimi, confertissimi, acerosi. Lingua obtusa, spatulata, cartilaginea, medio denticulata, lateribus revolutis. Palatum canaliculatum, lobis 2 lateralibus, torosis, denticulatis. Nares mediæ, superæ, vicinæ, ovales, geminæ posticæ majores. Oculi superi, vicini rostro, plani, rotundi, ampli, semitecti membrana annulari. Iris argentea. Opercula branchialia 3-phylla, flexilia, lucida, nuda, argentea, libera, lamina antica ex parte posticam tegente. Membrana branchiostega xxiv radiorum, semipatens, gullaris. Apertura Branchialis gularis & lateralis, ampla, arcuata, operculata. Branchiæ oblongo-elliptica operculatæ, laterales, ossiculorum 4m extus ciliatæ, intus aculeis setaceis.

Gula osse hyoideo carinata, postice aculeata. Membrana expansa lateribus supra Membranam branchiostegam. Thorax & abdomen convexa (non carinata nec serrata) Latera plana. Linea lateralis recta media, squamis notatis lineis 5-10 radiantibus. Anus posticus. Cauda compressa.

Pinna Dorsalis pone æquilibrium posita, descendens fuliginosa, rad. 14. dichotomis, excepto radio postremo, elongato, setaceo.

[Pinnæ] Pectorales deltoideæ, cum squama, longa, stricta adjacente Radiis 14 dichotomis.

[Pinnæ] Ventrals abdominales, cum squama longa, stricta adjacente Rad. 10 dichotomis.

[Pinna] Analis medio excavato-falcata, rad. 25. dichotomis, excepto radio postremo elongato, setaceos.

[Pinna] Caudæ bifurcata radiis 21 dichotomis.

Pinnæ omnes, excepta Dorsali, punctis minutissimus, nigris, irroratæ.